# ANTIPHONALE ROMANUM

*SECUNDUM LITURGIAM HORARUM*

*ORDINEMQUE CANTUS OFFICII DISPOSITUM*

*A SOLESMENSIBUS MONACHIS PRAEPARATUM*

**TOMUS ALTER**

# LIBER HYMNARIUS

## CUM INVITATORIIS
### & ALIQUIBUS RESPONSORIIS

SOLESMIS

MCMLXXXIII

Prot. CD 389/83

DECRETUM QUO APPROBATUR
«ORDO CANTUS OFFICII»

Cantum gregorianum, ab Ecclesia ut Liturgiæ Romanæ proprium agnitum, principem locum habere in actionibus liturgicis constitutio de Sacra Liturgia expresse declarat (n. 116).

Ut hoc musicæ sacræ genus servetur et opportune adhibeatur, præsertim post novos libros liturgicos, ad mentem Concilii Vaticani II instauratos et editos, Sacra hæc Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino elementa plurima statuit, quibus Antiphonale Romanum necnon ceteri libri cantus Officii novæ rerum condicioni accomodentur et nullus textus cantus gregoriani deperdatur.

Sacra hæc Congregatio, de mandato Summi Pontificis IOANNIS PAULI II, decernit proinde, ut, qui celebrationem Liturgiæ Horarum lingua latina peragunt, novam hanc ordinationem in disponendis cantibus ad illam pertinentibus sequantur.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex ædibus Sacræ Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino, die 25 martii 1983, in sollemnitate Annuntiationis Domini, anno iubilæo humani generis Redemptionis ineunte.

Iosephus Card. Casoria,
præfectus

† Vergilius Noe
Archiep. tit. Voncariensis
a Secretis

Hic Liber Hymnarius imprimitur cum approbatione Sacræ Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino, data per litteram Prot. 141/82, die 24 iunii 1982.

© 1983, Abbaye Saint-Pierre de Solesmes.
© 1983, Desclée, Paris-Tournai.

Abbaye Saint-Pierre de Solesmes,
F-72300 Sablé-sur-Sarthe, France.

ISBN 2-85274-076-1

# PRÆNOTANDA

*Numeri uncinis inclusi numeris respondent* Institutionis generalis de Liturgia Horarum.

Instauratam auctoritate Concilii Vaticani II liturgiam, ut optatam fructuum copiam afferre valeret, magni referebat proprium sese exprimendi modum posse servare, illo nempe cantu adhuc utendo quem Constitutio *Sacrosanctum Concilium*, n. 116, «ut proprium liturgiæ romanæ agnoscit».

Quare post editum *Ordinem Cantus Missae* (1972) iuxta quem novum *Graduale Romanum* typis impressum fuit, nunc cum *Ordine Cantus Officii*, in lucem prodiente *Antiphonali Romano*, Officium Divinum celebrari poterit instaurata forma, iuxta gregorianam, antiquam sane at semper iucundam, melodiam.

Huius vero *Antiphonalis Romani* una pars, præsens scilicet *Liber Hymnarius*, etsi non prior iuxta logicam rationem, prior tamen tempore præsto fieri potuit.

Hymnorum metri natura aptationem cuiuslibet strophæ ad typicam melodiam semper sinit. Alii vero textus, antiphonæ scilicet vel responsoria, propria melodia ornantur: nemo itaque miretur comperta diversitate inter aliquot huiuscemodi textus et textus in voluminibus *Liturgiae Horarum* impressos. Etenim quando textus illic impressus a repertorio genuinæ gregorianæ traditionis aberat, textus alius, paris autem sensus, ex illo fonte copioso depromptus, suffectus est, iuxta modum in *Graduali Romano* usitatum.

### Invitatoria

Invitatorium locum suum habet initio totius cursus orationis cotidianæ, scilicet præponitur aut Laudibus matutinis aut Officio lectionis, prout alterutra actio liturgica diem inchoat. Pro opportunitate tamen, psalmus cum sua antiphona omitti poterit, quando Laudibus præponendus est (35).

De more stant omnes, dum cantatur invitatorium.

Antiphona ad invitatorium iuxta diversitatem dierum et temporum liturgicorum variatur (36). Psalmus invitatorius more responsoriali cantatur (34): cantores antiphonam proponunt, quæ immediate a choro, ad libitum, repetitur. Deinde

cantor vel cantores canunt unamquamque stropham psalmi et versum *Gloria*, iuxta tonum post antiphonam indicatum. Expleta unaquaque stropha, chorus antiphonam ex integro repetit.

Antiphonæ in notis D (re), E (mi), F (fa) vel G (sol) terminantur. Pro quacumque autem nota finali, G excepta, plures inveniuntur toni pro psalmo xciv decantando, quorum tenores variantur secundum chordam in antiphona dominantem, videlicet:

— pro antiphonis in D terminantibus:
 tonus D, cum tenore psalmi D (re);
 tonus II, cum tenore psalmi F (fa);
— pro antiphonis in E terminantibus:
 tonus E, cum tenore psalmi E (mi);
 tonus IV* et IV**, cum tenore psalmi G (sol);
 tonus IV, cum tenore psalmi A (la);
 tonus III, cum tenore psalmi B (si);
— pro antiphonis in F terminantibus:
 toni VI, VI* et VI**, cum tenore psalmi A (la);
 tonus V, cum tenore psalmi C (ut);
— pro antiphonis in G terminantibus:
 tonus VII, cum tenore psalmi D (re).

Toni vero, vel pro antiphona terminata in D (re) cum tenore psalmi A (la), vel pro antiphona terminata in G (sol) cum tenore psalmi C (ut), in genuina traditione gregoriana minime inveniuntur.

Pro tonis E, IV*, VI et VII, additur alter tonus ad libitum adhibendus.

Tempore paschali, antiphona saltem unum *alleluia* habet in fine. Sed cum omnes melodiæ traditæ liberam additionem vel suppressionem istius *alleluia* minime ferant, aliquando duo textus inveniuntur, qui eandem retinent significationem, unus cum *alleluia* et alter sine *alleluia*, sive pro tempore paschali sive pro tempore per annum.

Præter psalmum xciv, a primævis traditum, proponuntur et alii psalmi, xcix nempe, LXVI et XXIII, qui, tonis propriis non gaudentes, canuntur ut psalmi ordinarii, secundum tonum unicuique antiphonæ inscriptum, videlicet II, III, IV, V, VI et VII; quando antiphona tono D assignatur, utatur VII; tono vero E, IV.



## Hymni

Hymni, iam perantiqua traditione in Officio locum obtinentes, nunc retinentur (cf. Conc. Vat. II, Const. de sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 93). Revera, non solum sua natura lyrica ad Dei laudem nominatim destinati sunt, sed partem constituunt popularem, quin etiam plerumque Horarum vel singulorum festorum individuam indolem magis quam aliæ Officii partes statim demonstrant, et ad piam celebrationem animos movent et alliciunt. Quam efficacitatem auget sæpe litteraria pulchritudo. Præterea in Officio hymni sunt veluti præcipuum poeticum elementum, ab Ecclesia conditum (173).

Hymnus cantatur initio uniuscuiusque Horæ, post versum introductionis et dato casu post invitatorium, ut det suum cuique Horæ vel festo velut colorem, et initium facilius et iucundius orationi præbeat (42).

Omnes participantes stant dum hymnus cantatur. Strophæ canuntur sive alternantibus cantoribus cum choro, sive alternante dimidia parte chori cum altera parte. Omnes simul doxologiam canere possunt, quæ de more ad eandem personam divinam dirigitur, ad quam ipsæ strophæ (174).

Hymni melodiis eiusdem numeri et metri adornantur, quæ usu traditæ sunt (177). Cum metrus elisionem exigit syllabarum, quæ hypermetricæ dicuntur, italice notantur litteræ, quæ pronuntiari nequeunt, salva quidem integritate sensus: verbi gratia, verbum «vitia» nequit transformari in «vita».

Hymnorum, qui metro melodiaque simplici gaudent, prima tantummodo stropha notis ornatur. Ceteræ strophæ eadem melodia canuntur. Ceteris vero casibus strophæ omnes propriis notis ornantur.

Hymni huius libri generatim assignantur uni ex octo modis gregorianis. Nihilominus nonnulli numero non afficiuntur, attenta indole speciali modalitatis eorum. Præter octo tonos inveniuntur itaque hymni nonnulli in terminatione D (re) aut G (sol), qui, definitiones usitatas modorum in nota finali D et G haud servantes, signati sunt littera D, ad instar quarundam antiphonarum, quæ in Antiphonali reperiuntur.

Hymni de more cum *amen* concluduntur, iuxta sequentes tonos cantatum:




Attamen, attenta indole musicali, *amen* omitti potest.

Sequentiæ nonnullæ tamquam hymni adhibitæ sunt. Quo in casu, melodia mutatur post binas strophas et non dicitur *amen* in fine, præterquam in recentioribus sequentiis *Dies irae* et *Stabat*.

In Officio temporis per annum, ad consulendum varietati, duplex cursus hymnorum ad omnes Horas institutus est, alternis hebdomadis adhibendus (175). Præterea in Officio lectionis duplex cursus hymnorum temporis per annum invectus est, prout hymni nocte vel die cantantur (176).

Cum hymni quidam Proprii sanctorum raro cananatur atque difficultates nonnullas de facto præbere possint, semper permittitur, in memoriis obligatoriis et in memoriis ad libitum, hymnos sumere de Communi, loco hymnorum propriorum.

Hymni quidam, vel partes hymnorum iam a fidelibus in usu communiter recepti sunt, videlicet *Vexilla regis*, *Pange lingua*, *Panis angelicus* (ex hymno *Sacris sollemniis*), *O salutaris hostia* (ex hymno *Verbum supernum*). Quorum hymnorum, ad maiorem participationem in cantu fovendam, duæ versiones proponuntur, pro opportunitate iure adhibendæ: una, cum textu melodiaque instauratis, altera, cum textu melodiaque immutatis.

Hymnus *Te Deum*, qui cantatur in fine Officii lectionis, præbetur post responsoria in tono antiquo et in tono recentiori.

### Responsoria

Ut eximium repertorium responsoriorum in cantu gregoriano in usum servetur, utque illi, qui nocturnum Officium quibusdam diebus sollemnibus canunt, Officium proprium lectionis iisdem diebus canere adhuc valeant, proponuntur in huius libri appendice, donec editio repertorii magis completi iuxta postulata Concilii (Const. de sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 117, i. e. completio editionum typicarum) habeatur, responsoria nonnulla inter pulchriora et insimul magis significativa temporum liturgicorum, quibus se referunt. Eorundem usus multum commendatur, præcipue vero dominicis, sollemnitatibus et festis, loco responsoriorum in *Liturgia Horarum* lectionibus annexis.



In fine lectionum, responsoria cantantur a choro alternatim cum schola, omnibus sedentibus. Schola inchoat et sequitur chorus, qui post cantum versus, a schola factum, partem repetit ab asterisco. Versus *Gloria Patri* in fine responsorii non amplius cantatur.

### Proprium monasticum

In appendice huius *Libri Hymnarii* adiunctum invenitur proprium monasticum, secundum indicationes *Thesauri Liturgiae Horarum monasticae*, una cum proprio Congregationis benedictinæ Solesmensis.

Pro monachis, qui iuxta regulam sancti Benedicti quibusdam responsoriis versum *Gloria Patri* addere cupiunt (cap. IX), præbentur in fine octo toni huius versus.

## DE ALIQUIBUS REGULIS IN CANTU SERVANDIS

*A SOLESMENSIBUS MONACHIS PROPOSITIS*

### I. De neumis

Pro hac editione Antiphonalis Romani renovati, renovatæ sunt etiam figuræ typographicæ notationis musicæ usu receptæ.

Neuma, quæ constat ex omnibus notulis in eadem syllaba modulatis, magis minusve extenta esse potest.

Hæ sunt diversæ figuræ e quibus neumæ constant:

| NEUMÆ AUT NEUMARUM ELEMENTA | EXEMPLA FIGURARUM | | |
|---|---|---|---|
| | FIGURÆ RECTÆ | FIGURÆ LIQUESCENTES | |
| | | AUCTÆ | DEMINUTÆ |
| 1. PUNCTUM |  |  |  |
| 2. VIRGA |  | | |
| 3. APOSTROPHA |  |  | |
| 4. ORISCUS |  | | |
| 5. CLIVIS |  |  |  |
| 6. PODATUS |  |  |  |
| 7. PES QUASSUS |  |  | |
| 8. QUILISMA-PES |  |  | |
| 9. PODATUS INITIO DEBILIS |  |  | |
| 10. TORCULUS |  |  |  |
| 11. TORCULUS INITIO DEBILIS |  |  |  |
| 12. PORRECTUS |  |  |  |
| 13. CLIMACUS |  |  |  |
| 14. SCANDICUS |  |  |  |
| 15. SALICUS |  |  | |
| 16. TRIGONUS |  | | |



Notanda sunt in primis quæ innovantur.:
– numeris 9 et 11, neumæ initio debiles, quarum prima notula, cum sit tenuis, decursu temporis sæpius evanuit;
– notulæ liquescentes maiore numero secundum antiquiorem traditionem;
– numero 16, transcriptio usu recepta trigoni, cuius trinæ notulæ ex seipsis leves sunt, secunda vero, in eodem gradu quo prima, repercutienda.

Insuper, figuræ plures, quæ in primitivis notationibus vim habent in ordine melodiæ (v.g. virga simplex, quæ sonum acutiorem indicat, oriscus extremus, qui descensum...) causas non amplius habent cur exprimantur. Pro illis enim satis loquitur situs in lineolis hodiernæ notationis.

## II. Quomodo neumae legantur

In primitivis notationibus, ea quæ ad expressionem notularum pertinent indicantur:
– tum quibusdam signis (episematis) aut litteris notationi superadditis,
– tum alterationibus quibusdam figurarum,
– tum elementorum coniunctione vel eorum disiunctione, (i.e. diremptiones neumaticæ).

### A. *De episemate transverso*

Episemata indicant augendum esse valorem notularum quibus incumbant (sicut clivi, climaco, porrecto) aut quas subnotant (sicut podatum, cuius ambæ notulæ superpositæ tunc augendæ sunt; si autem podato incumbit episema, notula superior sola augenda est).

Si notula unica quilisma præcedit, subauditur episema. In neumis magis extentis, ad maiorem in scribendo simplicitatem obtinendam, fit aliquando ut episema super elementa plura producatur, ita tamen ut notula propria cuiuslibet quilismatis supervenientis, etsi in medio posita, numquam revera episemate affici potest.

### B. *De diremptione neumatica*

Ad augendum valorem cuiusdam notulæ, alia ratio est, universalis quippe et omnibus scriptoriis communis, id est diremptio neumatica.

Dum linea melodiæ signis ligatis aut excussis (v.g. serie punctorum inclinatorum) constituitur, diremptio non est. E contra, cum intermittitur series signorum ascendentium aut descendentium, tum exprimitur adfuisse apud scriptorem melodiæ consilium augendæ notulæ quæ diremptionem præcedit; diremptio quæ fit post notulam superiorem maioris momenti est. Post notulam autem inferiorem lineæ melodiæ sæpe inveniuntur diremptiones, neutrales dictæ, quæ ex se nullam vim expressivam habent.

Diremptione neumatica iam clarius cognita, signa hucusque adhibita ut effectus diremptionum exprimantur, exinde parcius uti possunt.

*C. De figuris liquescentibus*

Figuræ liquescentes indicant quamdam enuntiandi adesse difficultatem, dum transitur ab una syllaba ad alteram (v.g. *omnis, autem*). Tum enuntiatione eiusmodi syllabæ, ultima notula neumæ leviter protrahitur si liquescentia est auctiva, attenuatur vero si deminuta.

## III. Quantum valeant notulae diversae

*A. De valore ab ipsa notatione indicato*

Cum quædam syllaba communis una notula afficitur, hæc figurat valorem fundamentalem in cantu gregoriano adhibitum (i. e. *valor syllabicus medius*).

Cum autem syllaba quædam pluribus notulis afficitur, uniuscuiusque sonus iure fit brevior valore syllabico prædicto, quippe quod consonantibus proferendis allevetur (*valor deminutus*). Verumtamen ultima notula neumæ, et maxime si rursus ascenditur, tendit ad valorem syllabicum recuperandum.

Episema transversum, cum unicam notulam in quadam syllaba cantandam afficit, indicat valorem syllabicum augendum esse (*valor auctus*). Ceterum ultima syllaba cuiuslibet verbi, una sola notula affecta, ad hoc valorem auctum ipso pondere tendit.

E contra, cum intra neumam plurium notularum incidit episema, valor deminutus ad syllabicum medium reducendus est.

Valoris deminutioris per se est prima notula quarumlibet neumarum initio debilium et quilisma: quorum usus coniunctus est.



*B. De compensatione valoris in syneresi*

In quacumque formula tum dieresi tum syneresi subiecta, episema transversum notularum syneresim indicat; episema vero rectum priorem notulam dieresis probat. Quorum utrorumque signorum usu coniuncto, intelligi potest aut valorem syllabicum in syneresi permanere, aut in dieresi integritatem structuræ servari.

*C. De vi interpretativa valorum*

Episema rectum, signum disiunctivum minimum, usurpatur ad signandos textus vel melodiæ elementorum terminos, ex quo non sequitur necessario aliqua auctio valorum.

Punctum mora usurpatur ad exprimendum tempus interpretativum in clausulis.

## IV. De repercussione et coniunctione vocalium

E notatione gregoriana primitiva constat duas aut plures notulas eiusdem gradus in eadem syllaba numquam coniugi in unum sonum: unde unaquæque notularum in strophicis, in trigonis aut in omni alio huiusmodi concursu, repercutiatur.

Cum a verbo ad alium in eadem vocali transitur, si in eodem gradu, fit repercussio, si autem in diversis, fit coniunctio in unum (*crasis*).

## V. De gradibus divisionum in lineolis notationis

Plurimæ sunt lineæ rectæ ad exprimenda diversarum distinctionum momenta. Quibus addita est virgula, cuius momentum minimum omnium est:



*virgula, divisio minima, minor, maior, finalis.*

Exemplum sequens e ℟. Præcúrsor Dómini in die 24 iunii deprómptum pleraque argumenta præcedentia illustrat:




— neuma ex signis excussis: 8-10;
— neuma ex signis ligatis: 3-6;
— diremptio neumatica ascendens: 11;
— diremptio neumatica descendens: 28;
— valor syllabicus medius: 1, 2, 21;
— valor syllabicus recuperatus
  per episema transversum: 8, 17-19, 27-28,
  per diremptionem neumaticam: 11, 28,
  ante vel post quilisma: 12-14, 16,
  in ultima notula neumæ: 6, insuper 16;
— valor syllabicus auctus
  in fine verbi: 7,
  in fine membri: 33,
  in fine periodi: 20;
— valor syllabicus deminutus: 3-5, 9-10, 29-32;
— valor syllabicus deminutior: 15, 22.

Huius procemii dispositiones ex perfecta adæquatione textus sacri cum melodia gregoriana defluunt. Propterea qui cantando dictioni latinæ sedulam dat operam, ipso facto iam potitur requisitis plurimis ad cantilenam gregorianam recte exsequendam.

# PROPRIUM DE TEMPORE

# TEMPUS ADVENTUS

## I. *USQUE AD DIEM 16 DECEMBRIS*

### AD VESPERAS

*In Officio dominicali et feriali, a I Vesperis dominicae I Adventus usque ad diem 16 decembris inclusive:*

H.IV



Conditor alme síderum, ætérna lux credéntium,



Christe, redémptor ómnium, exáudi preces súpplicum.

Qui cóndolens intéritu
mortis períre sǽculum,
salvásti mundum lánguidum,
donans reis remédium,

Vergénte mundi véspere,
uti sponsus de thálamo,
egréssus honestíssima
Vírginis matris cláusula.

Cuius forti poténtiæ
genu curvántur ómnia;
cæléstia, terréstria
nutu faténtur súbdita.

Te, Sancte, fide quǽsumus,
ventúre iudex sǽculi,
consérva nos in témpore
hostis a telo pérfidi.

Sit, Christe, rex piíssime,
tibi Patríque glória
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sǽcula. Amen.

## AD COMPLETORIUM




Te corda nostra sómnient,
te per sopórem séntiant,
tuámque semper glóriam
vicína luce cóncinant.

Vitam salúbrem tríbue,
nostrum calórem réfice,
tætram noctis calíginem
tua collústret cláritas.

Præsta, Pater omnípotens,
per Iesum Christum Dóminum,
qui tecum in perpétuum
regnat cum Sancto Spíritu. Amen.

## AD INVITATORIUM

In dominica




In feriis








Ps. Vení-te, p. 149.

## AD OFFICIUM LECTIONIS



be- á-tis cómpo-tes simus perénnes cǽ-li-tes. 5. Sit, Chri-

ste, rex pi- ís-sime, ti-bi Patríque gló- ri- a cum Spí-ri-tu

Pa-rácli- to, in sempi-térna sǽcu-la. A-men.

*Ad libitum hymnus cantari potest in tono hymni* Vox clara *de laudibus matutinis.*

## AD LAUDES MATUTINAS

H.D

VOX clara ecce íntonat, obscúra quæque íncre-

pat: procul fugéntur sómni- a; ab æthre Christus prómi-

cat. 2. Mens iam resúrgat tórpida quæ sorde exstat sáuci-

a, sidus refúlget iam novum, ut tollat omne nóxi- um.



3. E sursum Agnus mítti-tur laxáre gra-tis débi-tum; omnes

pro indulgénti- a vocem demus cum lácrimis, 4. Secúndo

ut cum fúlse-rit mundúmque horror cínxe-rit, non pro re-

á-tu púni- at, sed nos pi- us tunc prótegat. 5. Summo Pa-

rénti glóri- a Natóque sit victó-ri- a, et Flámi-ni laus

dé-bi-ta per sæculó-rum sǽcula. A-men.

## AD TERTIAM

H.IV

NUnc, Sancte, nobis, Spí-ri-tus, unum Pa-tri cum Fí-

li- o, dignáre promptus ínge-ri, nostro refú-sus péctori.

Os, lingua, mens, sensus, vigor
confessiónem pérsonent,
flamméscat igne cáritas,
accéndat ardor próximos.

Per te sciámus da Patrem,
noscámus atque Fílium,
te utriúsque Spíritum
credámus omni témpore.
Amen.

## AD SEXTAM

H.IV




Exstíngue flammas lítium,
aufer calórem nóxium,
confer salútem córporum
verámque pacem córdium.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
cum Spíritu Paráclito
regnans per omne sǽculum.
Amen.

## AD NONAM

H.IV




Largíre clarum véspere,
quo vita numquam décidat,
sed prǽmium mortis sacræ
perénnis instet glória.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
cum Spíritu Paráclito
regnans per omne sǽculum.
Amen.



# II. POST DIEM 16 DECEMBRIS

*In Officio dominicali et feriali, a die 17 usque ad I Vesperas Nativitatis exclusive, dicitur:*

## AD VESPERAS

H.IV




Te nunc illústrat cǽlitus
umbra fecúndi Spíritus,
gestes ut Christum Dóminum,
æquálem Patri Fílium.

Hæc est sacráti iánua
templi seráta iúgiter,
soli suprémo Príncipi
pandens beáta límina.

Olim promíssus vátibus,
natus ante lucíferum,
quem Gábriel annúntiat,
terris descéndit Dóminus.

Læténtur simul ángeli,
omnes exsúltent pópuli:
excélsus venit húmilis
salváre quod períerat.

Sit, Christe, rex piíssime,
tibi Patríque glória
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sǽcula. Amen.

## AD COMPLETORIUM

H.IV



Precámur, sancte Dómine,
hac nocte nos custódias;
sit nobis in te réquies,
quiétas horas tríbue.

Somno si dantur óculi,
cor semper ad te vígilet;
tuáque dextra prótegas
fidéles, qui te díligunt.

Defénsor noster, áspice,
insidiántes réprime,
gubérna tuos fámulos,
quos sánguine mercátus es.

Sit, Christe, rex piíssime,
tibi Patríque glória,
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sǽcula. Amen.

## AD INVITATORIUM

In dominica

Ꝁ.IV*



P Ro- pe est iam Dó-minus: ve-ní-te, ad- o-ré- mus.



Ps. Vení-te, *p. 141.*

In feriis

Ꝁ.VI



P Rope est iam Dó-minus: vení- te, ad- o-rémus.



Ps. Vení-te, *p.* 149.

Die 24 decembris

Ꝁ.E



H O- di- e sci- é-tis qui- a vé-ni- et Dómi-





nus, et mane vi-dé-bi- tis gló- ri- am e- ius.



Ps. Ve- ní-te, *p. 168.*

## AD OFFICIUM LECTIONIS

H.II



V Eni, redémptor génti- um, osténde partum Vírgi-



nis; mi-ré-tur omne sǽculum: ta-lis decet partus De-um.

Non ex viríli sémine,
sed mýstico spirámine
Verbum Dei factum est caro
fructúsque ventris flóruit.

Alvus tuméscit Vírginis,
claustrum pudóris pérmanet,
vexílla virtútum micant,
versátur in templo Deus.

Procédat e thálamo suo,
pudóris aula régia,
géminæ gigas substántiæ
álacris ut currat viam.

Æquális ætérno Patri,
carnis tropǽo cíngere,
infírma nostri córporis
virtúte firmans pérpeti.

Præsépe iam fulget tuum
luménque nox spirat novum,
quod nulla nox intérpolet
fidéque iugi lúceat.

Sit, Christe, rex piíssime,
tibi Patríque glória
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sǽcula. Amen.

## AD LAUDES MATUTINAS

H.D



M Agnis prophétæ vócibus vení-re Christum núnti-




Hinc mane nostrum prómicat
et corda læta exǽstuant,
cum vox fidélis pérsonat
prænuntiátrix glóriæ.

Advéntus hic primus fuit,
puníre quo non sǽculum
venit, sed ulcus térgere,
salvándo quod períerat.

At nos secúndus prǽmonet
adésse Christum iánuis,
sanctis corónas réddere
cælíque regna pándere.

Ætérna lux promíttitur
sidúsque salvans prómitur;
iam nos iubar præfúlgidum
ad ius vocat cæléstium.

Te, Christe, solum quǽrimus
vidére, sicut es Deus,
ut perpes sit hæc vísio
perénne laudis cánticum. Amen.

## AD TERTIAM

H.IV




Ut simus habitáculum
illi Sancto Spirítui,
qui quondam in apóstolis
hac hora distribútus est.

Hoc gradiénte órdine,
ornávit cuncta spléndide
regni cæléstis cónditor
ad nostra ætérna prǽmia.

Deo Patri sit glória
eiúsque soli Fílio
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sǽcula. Amen.



## AD SEXTAM

H.IV




In hac enim fidélibus
veræ salútis glória
beáti Agni hóstia
crucis virtúte rédditur.

Cuius luce claríssima
tenébricat merídies,
sumámus toto péctore
tanti splendóris grátiam.

Deo Patri sit glória
eiúsque soli Fílio
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sǽcula. Amen.

## AD NONAM

H.IV




Sacrum Dei mystérium
puro tenéntes péctore,
Petri magístri régula
signo salútis pródita,

Et nos psallámus spíritu,
hæréntes sic apóstolis,
ut plantas adhuc débiles
Christi virtúte dírigant.

Deo Patri sit glória
eiúsque soli Fílio
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sǽcula. Amen.

# TEMPUS NATIVITATIS

## I. *USQUE AD SOLLEMNITATEM EPIPHANIAE*

*In Officio dominicali et feriali a I Vesperis Nativitatis Domini usque ad I Vesperas Epiphaniae Domini exclusive, nisi adsint hymni proprii:*

### AD VESPERAS

H.I



C Hriste, redémptor ómni- um, ex Patre, Patris Uni-
ce, solus ante princí-pi- um natus ineffa-bí-li- ter, 2. Tu
lumen, tu splendor Pa-tris, tu spes perénnis ómni- um, in-
ténde quas fundunt preces tu- i per orbem sérvu- li. 3. Sa-
lú-tis auctor, réco-le quod nostri quondam córpo- ris, ex
illi-bá-ta Vírgine nascéndo, formam súmpse- ris. 4. Hic





præsens testá-tur di- es, currens per anni círcu- lum, quod
so-lus a se-de Patris mundi salus advéne- ris; 5. Hunc cæ-
lum, terra, hunc ma-re, hunc omne quod in e- is est, auc-
tó-rem advéntus tu- i laudat exsúltans cánti-co. 6. Nos
quoque, qui sancto tu- o redémpti sumus sángui-ne, ob di-
em na-tá-lis tu- i hymnum novum concí-ni-mus. 7. Iesu, ti-
bi sit glóri- a, qui natus es de Vír-gi-ne, cum Patre et al-
mo Spí-ri-tu, in sempi-térna sǽcu-la. A-men.

## AD COMPLETORIUM

H.II



T E lucis ante términum, rerum cre-á-tor, póscimus,



ut só-li-ta cleménti- a sis præsul ad custódi- am.

Te corda nostra sómnient,
te per sopórem séntiant,
tuámque semper glóriam
vicína luce cóncinant.

Vitam salúbrem tríbue,
nostrum calórem réfice,
tætram noctis calíginem
tua collústret cláritas.

Præsta, Pater omnípotens,
per Iesum Christum Dóminum,
qui tecum in perpétuum
regnat cum Sancto Spíritu. Amen.

## AD INVITATORIUM

Ā.IV**



C Hri- stus na- tus est no- bis: ve- ní-te,
*In Epiphania:* appá- ru- it



ad-o-ré- mus.

*Antiphona repetitur postquam cantata fuerit prima vice a cantoribus, et post unamquamque stropham psalmi sequentis.*

## PSALMUS 94

IV**



V E-ní-te, exsultémus Dómino; iubi-lémus De-o salu-





tá-ri nostro. Præ-occupémus fáci- em e-ius in confessi- ó-



ne, et in psalmis iubi- lémus e- i.



Quó- ni- am De-us magnus Dóminus, et rex magnus super



omnes de-os. Quóni- am non repéllet Dóminus plebem su-



am, qui- a in manu eius sunt omnes fines terræ, et al-



ti-tú-dines mónti- um ip- se cónspi- cit.



Quó- ni- am ipsí- us est mare, et ipse fecit illud, et ári-



dam fundavérunt manus eius. Vení-te, ado-rémus et proci-



dámus ante De-um, plo-rémus coram Dómino qui fecit









Infra octavam ad libitum et in feriis post Epiphaniam:




Ps. Ve- ní-te, *p.* 168.

## AD OFFICIUM LECTIONIS

In sollemnitate











Alter tonus ad libitum pro diebus infra octavam






## AD LAUDES MATUTINAS











## AD TERTIAM




Os, lingua, mens, sensus, vigor
confessiónem pérsonent,
flammescat igne cáritas,
accéndat ardor próximos.

Per te sciámus da Patrem,
noscámus atque Fílium,
te utriúsque Spíritum
credámus omni témpore.
Amen.



## AD SEXTAM




Exstíngue flammas lítium,
aufer calórem nóxium,
confer salútem córporum
verámque pacem córdium.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
cum Spíritu Paráclito
regnans per omne sǽculum.
Amen.

## AD NONAM




Largíre clarum véspere,
quo vita numquam décidat,
sed præmium mortis sacræ
perénnis instet glória.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
cum Spíritu Paráclito
regnans per omne sǽculum.
Amen.

Dominica infra octavam Nativitatis

# SANCTÆ FAMILIÆ IESU, MARIÆ & IOSEPH

## AD I ET II VESPERAS

H.II









## AD INVITATORIUM

℟.IV*



## AD OFFICIUM LECTIONIS









## AD LAUDES MATUTINAS






Die I ianuarii

*IN OCTAVA NATIVITATIS DOMINI*

# SOLLEMNITAS SANCTÆ DEI GENETRICIS MARIÆ

## AD I ET II VESPERAS








## AD INVITATORIUM




## AD OFFICIUM LECTIONIS






## AD LAUDES MATUTINAS








# TEMPUS NATIVITATIS

## II. A SOLLEMNITATE EPIPHANIAE

*In Officio de Tempore, ab Epiphania Domini usque ad festum Baptismatis Domini exclusive:*

### AD VESPERAS









### AD COMPLETORIUM




Precámur, sancte Dómine,
hac nocte nos custódias;
sit nobis in te réquies,
quiétas horas tríbue.

Somno si dantur óculi,
cor semper ad te vígilet;
tuáque dextra prótegas
fidéles, qui te díligunt.

Defénsor noster, áspice,
insidiántes réprime,
gubérna tuos fámulos,
quos sánguine mercátus es.

Sit, Christe, rex piíssime,
tibi Patríque glória,
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sǽcula. Amen.

## AD INVITATORIUM

℟. Christus appáruit nobis, veníte, adorémus, *ut supra, in Nativitate Domini, p. 16, vel p. 19 in feriis post Epiphaniam.*

## AD OFFICIUM LECTIONIS

H.III








## AD LAUDES MATUTINAS

H.III

Quicúmque Christum quǽ-ri- tis, óculos in al-tum tólli-te: illic licé- bit ví- se- re signum perénnis gló- ri- æ. 2. Hæc stella, quæ so-lis ro-tam vincit decóre ac lúmine, venís-se ter-ris nún-ti- at cum carne ter-ré-stri De- um. 3. En, Pérsici ex orbis si-nu, sol unde su-mit iánu- am, cernunt pe-ríti intérpre- tes regá-le vexíl-lum ma-gi. 4. « Quis iste tantus –ínqui- unt– regná-tor a-stris ímperans, quem sic tremunt cæ-lé- sti- a, cui lux et



æthra in-sér- vi- unt? 5. Illústre quiddam cérni-mus quod nésci- at fi-nem pa-ti, sublí-me, celsum, intér-mi-num, antíqui- us cælo et cha- o. 6. Hic ille rex est génti- um populíque rex Iu-dá- i-ci, promís-sus Abra-hæ pa-tri e-iúsque in ævum sé- mi- ni ». 7. Iesu, ti-bi sit gló- ri- a, qui te revé- las géntibus, cum Patre et almo Spí- ri- tu, in sempi-térna sǽ- cu-la. A-men.

## AD TERTIAM

H.VIII

Certum tenéntes órdinem, pi- o poscámus péctore



ho-ra di- é- i térti- a trinæ virtú-tis gló- ri- am,

Ut simus habitáculum
illi Sancto Spirítui,
qui quondam in apóstolis
hac hora distribútus est.

Hoc gradiénte órdine,
ornávit cuncta spléndide
regni cæléstis cónditor
ad nostra ætérna prǽmia.

Deo Patri sit glória
eiúsque soli Fílio
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sǽcula. Amen.

## AD SEXTAM

H.VIII



DIcámus laudes Dómino fervénte prompti spí- ri-



tu; ho-ra volú-ta séxi- es nos ad orándum pró-vocat.

In hac enim fidélibus
veræ salútis glória
beáti Agni hóstia
crucis virtúte rédditur.

Cuius luce claríssima
tenébricat merídies,
sumámus toto péctore
tanti splendóris grátiam.

Deo Patri sit glória
eiúsque soli Fílio
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sǽcula. Amen.

## AD NONAM

H.VIII



TErnis horá-rum términis volú- tis, dante Dó-mino,





trinum perfécte et únicum ipsum devó-ti psál-limus.

Sacrum Dei mystérium
puro tenéntes péctore,
Petri magístri régula
signo salútis pródita,

Et nos psallámus spíritu,
hæréntes sic apóstolis,
ut plantas adhuc débiles
Christi virtúte dírigant.

Deo Patri sit glória
eiúsque soli Fílio
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sǽcula. Amen.

Dominica post diem 6 ianuarii occurrente

# IN BAPTISMATE DOMINI

*Festum*

## AD I VESPERAS

H.IV



A Pa- tre Unigé-ni- te, ad nos venis per Vír-gi-



nem, baptísmi rore cónsecrans cunctos, fi-de regé-ne- rans.



2. De cæ- lo celsus pródi- ens éxci-pis formam hó-mi- nis,



factú-ram morte rédi-mens, gáudi- a vi- tæ lárgi- ens.



3. Hoc te, Redémptor, quǽsumus: illábere propí- ti- us,



cla-rúmque nostris córdi-bus lumen præbe de- í- fi-cum.



4. Mane no-bíscum, Dómi-ne, noctem obscú-ram rémo-ve,



omne de-líctum áblu- e, pi- e medé-lam trí- bu- e. 5. O



Chri- ste, vi-ta, véri- tas, ti-bi sit omnis gló- ri- a, quem Pa-



tris atque Spí-ri- tus splendor revé-lat cǽ-li- tus. A-men.

## AD INVITATORIUM

Ⱥ. VII



CHri- stum, Fí-li- um di- léc- tum, in quo



Pa- ter si-bi complá- cu- it, ve-ní- te,





ado- ré-mus. Ps. Vení- te, *p. 160.*

## AD OFFICIUM LECTIONIS

H. I



IMpléente mu-nus débi-tum Io- ánne, re-rum cóndi-



tor Iordáne mer-sus hac di- e aquas lavándo dí-



lu- it, 2. Non ipse mundá- ri volens de ventre na-tus



Vír-gi-nis, peccá-ta sed mortá-li- um su- o lavácro tól-



le- re. 3. Dicénte Patre quod « me-us di- léctus hic est



Fí- li- us », suménte Sancto Spí-ri-tu formam co-lúm-



bæ cǽ- li- tus, 4. Hoc mýstico sub nómine mi-cat sa-lus




## AD LAUDES MATUTINAS









## AD II VESPERAS

*Hymnus ut supra ad Officium lectionis, p. 45.*

# TEMPUS QUADRAGESIMÆ

## *I. USQUE AD SABBATUM HEBDOMADAE QUINTAE*

*In Officiis de Tempore ab initio Officii feriae IV Cinerum usque ad Horam mediam sabbati hebdomadae V Quadragesimae inclusive:*

### AD VESPERAS

**In Officio dominicali**

H.II









**In Officio feriali**

H.IV








## AD COMPLETORIUM

### Per hebdomadas I, III et V




Te corda nostra sómnient,
te per sopórem séntiant,
tuámque semper glóriam
vicína luce cóncinant.

Vitam salúbrem tríbue,
nostrum calórem réfice,
tætram noctis calíginem
tua collústret cláritas.

Præsta, Pater omnípotens,
per Iesum Christum Dóminum,
qui tecum in perpétuum
regnat cum Sancto Spíritu. Amen.

### Per hebdomadas II et IV




Precámur, sancte Dómine,
hac nocte nos custódias;
sit nobis in te réquies,
quiétas horas tríbue.

Somno si dantur óculi,
cor semper ad te vígilet;
tuáque dextra prótegas
fidéles, qui te díligunt.

Defénsor noster, áspice,
insidiántes réprime,
gubérna tuos fámulos,
quos sánguine mercátus es.

Sit, Christe, rex piíssime,
tibi Patríque glória,
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sæcula. Amen.

## AD INVITATORIUM




*Vel:*




*Quando adhibetur altera antiphona, quarta stropha psalmi* 94 *incipit a verbis:* Sicut in exacerbatióne.

## AD OFFICIUM LECTIONIS

In Officio dominicali








In Officio feriali






## AD LAUDES MATUTINAS

In Officio dominicali





5. Præsta, be-á-ta Trí-ni-tas, concéde simplex U- ni-tas, ut



fructu-ó- sa sint tu- is hæc parci-tá-tis mú- ne-ra. A-men.

In Officio feriali



IAM, Christe, sol iustí-ti-æ, mentis dehíscant té-



nebræ, virtútum ut lux réde-at, terris di- em cum réparas.

Dans tempus acceptábile
et pǽnitens cor tríbue,
convértat ut benígnitas
quos longa suffert píetas;

Quiddámque pæniténtiæ
da ferre, quo fit démptio,
maióre tuo múnere,
culpárum quamvis grándium.

Dies venit, dies tua,
per quam reflórent ómnia;
lætémur in hac ut tuæ
per hanc redúcti grátiæ.

Te rerum univérsitas,
clemens, adóret, Trínitas,
et nos novi per véniam
novum canámus cánticum.
Amen.

## AD TERTIAM



DE- i fi-de, qua ví-vimus, qua spe perénni crédi-





mus, per ca-ri-tá-tis grá-ti- am Christi ca-námus glóri- am,

Qui ductus hora tértia
ad passiónis hóstiam,
crucis ferens suspéndia
ovem redúxit pérditam.

Precémur ergo súbditi,
redemptióne líberi,
ut éruat a sǽculo
quos solvit a chirógrapho.

Christum rogámus et Patrem,
Christi Patrísque Spíritum;
unum potens per ómnia,
fove precántes, Trínitas. Amen.

## AD SEXTAM



QUA Christus hora sí-ti- it crucem vel in qua súbi-



it, quos præstat in hac psállere di-tet si- ti iustí-ti- æ.

Simul sit his esúries,
quam ipse de se sátiet,
crimen sit ut fastídium
virtúsque desidérium.

Charísma Sancti Spíritus
sic ínfluat psalléntibus,
ut carnis æstus frígeat
et mentis algor férveat.

Christum rogámus et Patrem,
Christi Patrísque Spíritum;
unum potens per ómnia,
fove precántes, Trínitas. Amen.

## AD NONAM



TErnis ter ho-ris númerus nobis sacrátus pándi-tur,



sanctóque Iesu nómine munus pre-cémur véni- æ.

Latrónis, en, conféssio
Christi merétur grátiam;
laus nostra vel devótio
mercétur indulgéntiam.

Mors per crucem nunc
  ínterit
et post tenébras lux redit;
horror dehíscat críminum,
splendor nitéscat méntium.

Christum rogámus et Patrem,
Christi Patrísque Spíritum;
unum potens per ómnia,
fove precántes, Trínitas. Amen.

*In feriis hebdomadae V, ad Officium lectionis, Laudes matutinas et Vesperas, dici possunt hymni Hebdomadae sanctae.*

# II. HEBDOMADA SANCTA

*A I Vesperis dominicae in Palmis de Passione Domini usque ad Nonam feriae V Hebdomadae sanctae inclusive.*

## AD VESPERAS

H.I



V Exíl-la re- gis pród- e- unt, fulget crucis mysté-



ri- um, quo carne carnis cóndi-tor suspén- sus est pa-





tí-bu-lo; 2. Quo, vulnerá- tus ín-super mucróne di- ro



lánce- æ, ut nos lavá- ret crími-ne, ma-ná- vit unda



et sángui-ne. 3. Arbor decóra et fúl-gida, ornáta re-



gis púrpu-ra, e-lécta digno stí-pi-te tam sanc-ta mem-



bra tánge- re! 4. Be-á- ta, cu- ius bráchi- is sæcli pe-



péndit pré-ti- um; statéra facta est córpo-ris præ-dam



tu-lítque tárta- ri. 5. Salve, ara, sal-ve, víc- tima, de pas-



si- ó-nis glóri- a, qua vi-ta mortem pértu-lit et mor-




*Vel ad libitum, secundum veterem editionem vaticanam:*






Quæ vulneráta lánceæ
mucróne diro, críminum
ut nos laváret sórdibus,
manávit unda et sánguine.

Impléta sunt quæ cóncinit
David fidéli cármine,
dicéndo natiónibus:
«Regnávit a ligno Deus.»

Arbor decóra et fúlgida,
ornáta regis púrpura,
elécta digno stípite
tam sancta membra tángere.

Beáta, cuius bráchiis
prétium pepéndit sǽculi;
statéra facta córporis,
tulítque prædam tártaris.

O crux ave, spes única,
hoc passionis témpore

¶ *die 14 septembris:*
in hac triúmphi glória

piis adáuge grátiam
reísque dele crímina.

Te, fons salútis Trínitas
colláudet omnis spíritus;
quibus crucis victóriam
largíris, adde prǽmium. Amen.

## AD INVITATORIUM

℟. Christum Dóminum, *ut supra, p. 52.*

## AD OFFICIUM LECTIONIS



pa-réntis protoplá-sti fraude factor cóndo-lens, quando
pomi no-xi- á-lis morte morsu córru- it, ipse lignum
tunc no-tá-vit, damna ligni ut sólve-ret. 3. Hoc opus no-
stræ salú- tis ordo depo-pósce-rat, multi- fórmis perdi-
tó-ris arte ut ar-tem fálle-ret, et me- dé-lam ferret in-
de, hostis unde lǽse- rat. 4. Quando venit ergo sacri
ple-ni-túdo témpo- ris, missus est ab arce Patris Na-tus,
or-bis cóndi- tor, atque ventre virgi-ná-li carne fac-



tus pródi- it. 5. Lustra sex qui iam perácta tempus im-
plens córpo- ris, se vo- lénte, natus ad hoc passi- ó- ni
dé-di- tus, agnus in cru-cis le-vá-tur immolándus stí-
pi- te. 6. Æqua Patri Fi-li- óque, íncli-to Pa-rácli- to,
sempi- térna sit be- á-tæ Tri-ni-tá- ti glóri- a, cu-ius
alma nos red-émit atque servat grá-ti- a. A-men.

## AD LAUDES MATUTINAS

H.I

EN acé-tum, fel, arúndo, sputa, clavi, lánce- a; mi-

te corpus perfo-rá-tur, sanguis, unda próflu- it; terra,

pontus, astra, mundus quo lavántur flúmi-ne! 2. Crux fi-

dé-lis, inter omnes arbor una nóbi- lis! Nulla ta-lem sil-

va profert flo-re, fronde, gérmi-ne. Dulce lignum, dul-

ci clavo dulce pondus sústi-nens! 3. Flecte ramos, arbor

al-ta, tensa la-xa vísce-ra, et ri- gor lentéscat ille

quem dedit na- tí-vi- tas, ut su- pérni membra re-gis mi-ti

tendas stí-pi- te. 4. So-la digna tu fu- í-sti ferre sæcli



pré-ti- um, atque portum præpa-rá-re nauta mundo

náufra-go, quem sa- cer cru- or per-únxit fu-sus Agni

córpo-re. 5. Æqua Patri Fi-li- óque, íncli-to Pa-rácli- to,

sempi- terna sit be- á-tæ Tri-ni-tá- ti glóri- a, cu-ius

alma nos red-émit atque servat grá-ti- a. A-men.

## AD HORAM MEDIAM

### Dominica in Palmis de Passione Domini

H.II

CElsæ sa-lú-tis gáudi- a mundus fidé-lis iúbi-let:

Ie-sus, redémptor ómni- um, mortis per-émit príncipem.

Palmae et olívæ súrculos
cœtus viándo déferens,
«Hosánna David fílio»
claris frequéntat vócibus.

Nos ergo summo príncipi
currámus omnes óbviam;
melos canéntes glóriæ,
palmas gerámus gáudii.

Cursúsque nostros lúbricos
donis beátis súblevet,
grates ut omni témpore
ipsi ferámus débitas.

Deo Patri sit glória
eiúsque soli Fílio
cum Spíritu Paráclito,
in sempitérna sǽcula. Amen.

*Si hac dominica plus quam una Hora dicitur ex Tertia, Sexta vel Nona, ac ceteris diebus huius hebdomadae ad Horam mediam, hymnus seligitur ex iis qui inveniuntur p. 56 et p. 57.*

# SACRUM TRIDUUM PASCHALE PASSIONIS & RESURRECTIONIS DOMINI

## FERIA SEXTA IN PASSIONE DOMINI

*Omnia sicut in hebdomada sancta, praeter ea quae sequuntur:*

### AD INVITATORIUM




### AD TERTIAM






## AD SEXTAM




In te levátur hóstia
ad se qui traxit ómnia,
quam mundi princeps ímpetit
suúmque nihil ínvenit.

Patri, tibi, Paráclito
sit æqua, Iesu, glória,
qui nos crucis victória
concédis usque pérfrui. Amen.



## AD NONAM




Tuæ legis artículus
vetus cassat chirógraphum;
antíqua perit sérvitus,
vera libértas rédditur.

Patri, tibi, Paráclito
sit æqua, Iesu, glória,
qui nos crucis victória
concédis usque pérfrui.
Amen.

# SABBATO SANCTO

## AD INVITATORIUM




## AD OFFICIUM LECTIONIS





me, qui crucis omnes mú-ne-re mortis solvísti légi-bus,



2. Te nunc orántes póscimus, tu-a consérves mú-ne- ra,



quæ sacra per mysté- ri- a cunctis donásti génti-bus.



3. Tu agnus mi-tis, ínnocens, oblátus terræ víc-ti-ma, sanc-



tó-rum vestes ómni- um tu-o lavásti sángui-ne. 4. Quos



redemísti pré-ti- o tu- i sacrá- ti córpo- ris, cælo resúr-



gens ádve-his ubi te laudant pérpe- tim. 5. Quorum nos



addas número, te deprecámur, Dó-mi-ne, qui Patri nos



ex ómni-bus fecísti regnum pópu- lis. A-men.



## AD LAUDES MATUTINAS

H.VIII



TI-bi, Redémptor ómni- um, hymnum defléntes cá-



nimus; ignósce nobis, Dómine, ignósce confi- téntibus.



2. Qui vi-res hostis vé-te-ris per crucem mortis cónte-ris,



qua nos vexíllum fíde- i, fronte signá-ti, fé-rimus, 3. Illum



a nobis iú-gi-ter repéllere dignáve-ris, ne possit umquam



lædere red-émptos tu-o sánguine. 4. Qui propter nos ad



ínfe-ros descénde-re dignátus es, ut mortis debi- tó-ri-



bus vi- tæ doná-res múnera, 5. Tu es qui certo témpore

datú-rus finem sǽculo, iustus cunctó-rum mé-ri-ta re-mu-

nerá-tor státu- es. 6. Te ergo, Christe, quǽ-sumus, ut no-

stra cures vúlnera, qui es cum Patre et Spí-ri-tu laudán-

dus in perpétu- um. A-men.

## AD HORAM MEDIAM

*Hymni ut in feria VI in Passione Domini, p. 67, 68 et 69.*

## AD VESPERAS

H.VIII

AUctor salú-tis ú-nice, mundi redémptor íncli-te,

rex, Christe, nobis ánnu-e cru-cis fecúndæ gló-ri- am.

2. Tu morte mortem dí- ru- ens vi-támque vi-ta lárgi- ens,



mortis mi-nístrum súbdolum de- více-ras di- ábo-lum. 3. Pi-

is amó-ris ár-tibus somno sepúlcri trádi-tus, sedes reclú-

dis ínfe-ri patrésque di-cis líbe-ros. 4. Nunc in Paréntis

déxte-ra sacráta fulgens víctima, audi, precámur, ví-vi-

do tu- o redémptos sánguine, 5. Quo te di- ébus ómni-

bus pu-ris sequéntes mó-ribus, advérsus omnes ímpetus

cru- cis ferámus lábarum. 6. Patri, ti-bi, Pará-cli-to sit æ-

qua, Iesu, gló-ri- a, qui nos crucis victó-ri- a concédis us-

que pérfru- i. A-men.

# TEMPUS PASCHALE

## I. USQUE AD ASCENSIONEM DOMINI

### AD VESPERAS






Ad libitum in feriis post octavam Paschae

H.IV









## AD COMPLETORIUM

H.I








## AD INVITATORIUM




## AD OFFICIUM LECTIONIS








Ad libitum in feriis post octavam Paschae






## AD LAUDES MATUTINAS

H.VIII






Cum rex ille fortíssimus,
mortis confráctis víribus,
pede concúlcans tártara
solvit caténa míseros.

Ille, quem clausum lápide
miles custódit ácriter,
triúmphans pompa nóbili
victor surgit de fúnere.

Inférni iam gemítibus
solútis et dolóribus,
quia surréxit Dóminus
respléndens clamat ángelus.

Esto perénne méntibus
paschále, Iesu, gáudium,
et nos renátos grátiæ
tuis triúmphis ággrega.

Iesu, tibi sit glória,
qui morte victa prænites,
cum Patre et almo Spíritu,
in sempitérna sæcula. Amen.

Ad libitum in feriis post octavam Paschae

H.I











## AD TERTIAM

*Ad Horas, hymni cantantur in primo tono posito ad Laudes matutinas, p. 82, vel ut sequitur:*






## AD SEXTAM









## AD NONAM






# II. *AB ASCENSIONE DOMINI*

*Omnia sicut ante Ascensionem, praeter ea quae sequuntur:*

## AD VESPERAS

**In sollemnitate Ascensionis ad I et II Vesperas**








In Officio dominicali et feriali

H.VIII

V Eni, cre- á-tor Spí-ri-tus, mentes tu-ó-rum ví-si-ta, imple su-pérna grá-ti- a, quæ tu cre- ásti, péctora.

2. Qui díce- ris Pa-rácli-tus, donum De- i al-tíssimi, fons vi-vus, ignis, cá-ri-tas et spi-ri- tá-lis úncti- o. 3. Tu sep-ti- fórmis múne-re, dextræ De- i tu dí-gi-tus, tu ri-te pro-míssum Patris sermóne di-tans gúttu-ra. 4. Accénde lumen sénsibus, infúnde amórem córdibus, infírma nostri cór-po-ris, virtúte firmans pérpe-ti. 5. Hostem re-péllas lón-



gi- us pacémque dones pró-tinus; ductóre sic te prævi-o vi-témus omne nóxi- um. 6. Per te sci- ámus da Pa-trem noscámus atque Fí-li- um, te utri- úsque Spí-ri-tum credámus omni témpore. A-men.

## AD INVITATORIUM

In sollemnitate Ascensionis

Ant. V

A L-lelú- ia, Christum Dóminum ascendén-tem in cæ- lum, ve-ní-te, adorémus, al-le- lú-ia. Ps. Ve-ní-te, p. 146.

In Officio dominicali et feriali

A.VI*



C Hristum Dó-minum, qui Sanctum nobis promí-sit



Spí-ri- tum, vení-te, ado- ré-mus, al- le- lú- ia.



Ps. Vení-te, *p.* 154.

## AD OFFICIUM LECTIONIS

H.VIII



Æ - tér- ne rex al- tís-sime, redémptor et fi-dé-



li- um, quo mors solú-ta dé-pe-rit, datur tri- úmphus grá-



ti- æ, 2. Scandis tri-bú-nal déxte-ræ Patris ti-bíque



cæ- li-tus fertur potéstas ómni- um, quæ non e-rat humá-





ni-tus, 3. Ut tri- na re-rum máchina cælé-sti- um, ter-



réstri- um et inferó-rum cóndi-ta, flectat genu iam súb-



di-ta. 4. Tremunt vi-déntes ánge-li versam vicem mor-



tá- li- um: culpat caro, purgat caro, regnat caro Verbum



De- i. 5. Tu, Chri- ste, nostrum gáudi- um, manens perén-



ne prǽ-mi- um, mundi regis qui fábricam, mundá-na vin-



cens gáudi- a. 6. Hinc te pre-cántes quǽ-sumus, ignósce



culpis ómnibus et corda sursum súbleva ad te supérna



grá- ti- a, 7. Ut, cum ru-bénte cœ́-pe-ris claré- re nube




## AD LAUDES MATUTINAS











# DOMINICA PENTECOSTES

*Sollemnitas*

## AD I ET II VESPERAS

*Hymnus* Veni, creátor Spíritus, *ut supra, p. 90.*

## AD COMPLETORIUM








## AD INVITATORIUM

Ant. V




Ps. Ve-ní-te, *p.* 146.

## AD OFFICIUM LECTIONIS

H.VII









*Non dicitur* Amen *in fine.*

## AD LAUDES MATUTINAS

H.I




cum Spí-ri-tus Pa-rácli-tus effúlsit in di-scí-pu-los. 2. I-
gnis vibránte lúmi-ne linguæ fi-gú-ram dé-tu- lit, verbis
ut essent próflu- i et ca-ri-tá- te férvi- di. 3. Linguis
loquúntur ómni- um; turbæ pavent gentí-li- um, musto
madére députant, quos Spí-ri-tus replé-ve-rat. 4. Patrá-
ta sunt hæc mýstice Paschæ perácto témpo-re, sacro
di- é-rum número, quo lege fit re-míssi- o. 5. Te nunc, De-
us pi- íssime, vultu precámur cérnu- o: illápsa nobis




cǽ-li-tus largí-re do- na Spí-ri- tus. 6. Dudum sacráta péc-
tora tu- a replé-sti grá-ti- a; dimítte nunc peccámina
et da qui- é- ta témpo-ra. 7. Per te sci- ámus da Patrem
noscámus atque Fí-li- um, te utri- úsque Spí-ri-tum credá-
mus omni témpo-re. A-men.

## AD TERTIAM


H.I
IAM Christus astra ascénderat, regréssus unde vé-
ne-rat, promíssa Patris múne-ra, Sanctum da-tú- rus Spí-ri-


tum, 2. Cum hora fe-lix térti- a re-pénte mundo íntonat,
Apósto- lis o-ránti-bus De-um venís- se núnti- ans. 3. De
Patris ergo lúmine de-có-rus ignis almus est, qui fida
Christi pécto-ra caló- re ver-bi cómple-at. 4. Descénde,
Sancte Spí-ri-tus, ac nostra corda altá-ri- a orna ti- bi
vir-tú-ti-bus, ti-bíque templa dédica. 5. Per te sci- ámus
da Patrem noscámus atque Fí-li- um, te utri- úsque Spí-
ri- tum credámus omni témpore. A-men.



## AD SEXTAM


H.I
VEní-te, servi, súpplices, et mente et ore extólli-
te dignis be- á-tum láudi-bus nomen De- i cum cánti-
co. 2. Hoc namque tempus illud est quo sæculó-rum iúdi-
cem iniústa morti trádi- dit mortá- li- um senténti- a. 3. Et
nos amóre débi-to, ti-mó-re iusto súbdi-ti, advérsus omnes
fastus gigántis pérfidi
David funda devíncitur.

Originális mácula
cuncta respérsit sǽcula;
sola post Natum vítiis
numquam contácta díceris.

Colúmba mitis, húmilis,
fers, carens felle críminis,
signum Dei cleméntiæ,
ramum viréntis grátiæ.

Patri sit et Paráclito
tuóque Nato glória,
qui sanctitátis únicæ
te munerárunt grátia. Amen.

### Die 11 decembris

S. DAMASI I, PAPÆ

*De Communi pastorum, p. 289.*

Die 12 decembris

S. IOANNÆ FRANCISCÆ DE CHANTAL

RELIGIOSÆ

*De Communi sanctarum mulierum: pro religiosis, p. 324.*

Die 13 decembris

S. LUCIÆ, VIRGINIS & MARTYRIS

*Memoria*

*De Communi unius martyris, p. 280, vel virginum, p. 305.*

Die 14 decembris

S. IOANNIS A CRUCE,

PRESBYTERI & ECCLESIÆ DOCTORIS

*Memoria*

*De Communi doctorum Ecclesiae, p. 301.*

Die 21 decembris

S. PETRI CANISII,

PRESBYTERI & ECCLESIÆ DOCTORIS

Die 23 decembris

S. IOANNIS DE KETY, PRESBYTERI

Die 26 decembris

# S. STEPHANI, PROTOMARTYRIS

*Festum*

## AD INVITATORIUM









## AD OFFICIUM LECTIONIS




Martyr fidélis, cómminus
falsis renítens téstibus,
Iesu vidébat glóriam,
stantis Patris ad déxteram.

Nunc te precámur, ínclite,
succúrre, martyr, cóncite;
nobis rogátus ímpetra
cæli ut patéscat régia.

Lotus cruóris flúmine,
splendéscis alto lúmine;
nostri memor nunc súpplica
tecum fruámur glória.

Præstet favens hæc múnera
natus Puer de Vírgine,
cum Patre et almo Spíritu
regnans per omne sæculum.
Amen.

## AD LAUDES MATUTINAS











Die 27 decembris

# S. IOANNIS
## APOSTOLI ET EVANGELISTAE

*Festum*

*De Communi Apostolorum, p. 266, praeter sequentia:*

### AD OFFICIUM LECTIONIS








## AD LAUDES MATUTINAS




Hic discit, almus édocet
hic unde Verbum pródeat,
sinúmque matris ímpleat,
sinum Patris non déserens.

Felix Ioánnes, déligit
et te Magíster próvidus,
ut clara Thabor lúmina
hortíque cernas tædia.

Tu, raptus in sublímia,
arcána cæli cónspicis,
Agni sed et mystéria
Ecclesiǽque pércipis.

O digne fili Vírgine,
succéssor alti nóminis,
nos adde Matri fílios,
nos conde Christi in péctore.

Verbo sit ingens glória,
caro quod est et créditur,
cum Patre et almo Spíritu
in sempitérna sǽcula. Amen.

Die 28 decembris

# SS. INNOCENTIUM, MARTYRUM

*Festum*

## AD INVITATORIUM




## AD OFFICIUM LECTIONIS




Quos rex perémit ímpius,
pius sed Auctor cólligit,
secum beátos cóllocans
in luce regni pérpetis.

Præclára Christo splénduit
mors ínnocens fidélium;
cælis ferébant ángeli
bimos et infra párvulos.



O quam beáta cívitas,
in qua Redémptor náscitur,
natóque primæ mártyrum
in qua dicántur hóstiæ!

Astant nitentes fúlgidis
eius throno nunc véstibus,
stolas suas qui láverant
Agni rubéntes sánguine.

Iesu, tibi sit glória,
qui natus es de Vírgine,
cum Patre et almo Spíritu,
in sempitérna sǽcula. Amen.

## AD LAUDES MATUTINAS




Exclámat amens núntio:
«Succéssor instat, péllimur;
satélles, i, ferrum rape,
perfúnde cunas sánguine!»

Quo próficit tantum nefas?
Quid crimen Heródem iuvat?
Unus tot inter fúnera
impúne Christus tóllitur.

Salvéte, flores mártyrum,
quos lucis ipso in límine
Christi insecútor sústulit
ceu turbo nascéntes rosas.

Vos prima Christi víctima,
grex immolatórum tener,
aram sub ipsam símplices
palma et corónis lúditis.

Iesu, tibi sit glória,
qui natus es de Vírgine,
cum Patre et almo Spíritu,
in sempitérna sǽcula. Amen.

Die 29 decembris

S. THOMÆ BECKET, EPISCOPI & MARTYRIS

Die 31 decembris

S. SILVESTRI I, PAPÆ

# RESPONSORIA

## IN ADVENTU

℣. 1. Ps 49, 3 ℣. 2. Ps 79, 2 ℣. 3. Ps 23, 7






*Vel* ℟. Missus est, *p. 517, vel* ℟. Ecce apparébit, *p. 507.*

℣. Glória Patri *inveniuntur in Proprio Monastico, p. 604.*



## IN NATIVITATE DOMINI

*Post priorem lectionem:* ℣. *Lc 2, 14*



*Post alteram lectionem:* Lc 2, 51-52

℟. VIII

HOdi- e nobis * de cæ- lo pax ve- ra de- scén- dit: * Hó-di- e per to- tum mun-dum mel- líflu- i fac-ti sunt cæ- li. ℣. Hódi- e illú-xit nobis di- es redempti- ó-nis no- væ, repa-ra- ti- ó-nis antíquæ, fe-li-ci-tá- tis æ-tér- næ. * Hó-di- e.

Dominica infra octavam Nativitatis

## SANCTAE FAMILIAE IESU, MARIAE ET IOSEPH

Lc 2, 51. 40

℟. VIII

DEscén- dit Ie-sus * cum e- is et ve-



nit Náza- reth, * Et e-rat súb- di-tus il- lis. ℣. Pro-fi-ci- é-bat sa-pi- énti- a et æ-tá- te et grá-ti- a apud De- um et hómi- nes. * Et.

In octava Nativitatis

## SOLLEMNITAS SANCTAE DEI GENETRICIS MARIAE

℣. *Lc* 1, 42

℟. II

SAncta * et immacu-lá- ta vir- gí-ni- tas, qui-bus te láu-di- bus éffe- ram, né- sci- o: * Qui- a quem cæ-li cá-pe-re non pót- e- rant, tu- o gré- mi- o contu- lí- sti. ℣. Benedíc-




## IN EPIPHANIA ET IN BAPTISMATE DOMINI

*Is 60, 1-3*






## IN QUADRAGESIMA

*Ps 6, 2-3 ℣. Ps 54, 6-7*




*Vel:*

*℣. Ps 21, 12*






*Vel* ℟. Emendémus, *in Graduale.*

## FERIA SEXTA IN PASSIONE DOMINI

*Post priorem lectionem:* *cf. Is 53, 7.12*









*Post alteram lectionem:* *cf. Mt 27, 45-46, Io 19, 20* ℣. *Lc 23, 46*






*vel:* *cf. Iob 16, 16 et Lam 1, 12*









## SABBATO SANCTO

*Post priorem lectionem:*

*cf. Mt 27, 66*



*Post alteram lectionem:*






*vel:*



## TEMPORE PASCHALI

*Act 4, 33.31*




*Vel:* *Io 15, 1.5.9*









*Vel:* *Io 14, 16-17 V. 16,7*



ab-í- e-ro, mittam e- um ad vos. * Ut.

## IN ASCENSIONE DOMINI

*Ps 103, 3.1-2*

℟. II

POnis nu- bem * ascén-sum tuum, Dómi- ne,

* Qui ámbu- las super pen- nas ven- tó- rum,

al-le- lú- ia. ℣. Confessi- ó- nem et decórem indu-

í- sti, amíctus lumen sic-ut vesti- mén- tum. * Qui.

## DOMINICA PENTECOSTES

*Post priorem lectionem:*

*Act 2, 4.6.4*

℟. II

REplé- ti sunt * om- nes Spí- ri- tu Sanc-

to: et cœpé- runt lo- qui, pro- ut Spí-ri-tus Sanc-



tus dabat é-loqui il- lis: * Et convénit multi-

tú- do dicénti- um, al- le-

lú- ia. ℣. Loquebán-tur vá-ri- is linguis Apósto- li

magná- li- a De- i. * Et convénit.

*Post alteram lectionem:*

*Act 2, 1-2 ℣. cf. Io 20, 19*

℟. III

DUM compleréntur di- es * Pen- te-có-

stes, e- rant om-nes pá- ri-ter di-

cén- tes, al-le-lú- ia; et súb- i-to factus

est so- nus de cæ- lo, al-le- lú-ia, * Tamquam




## SANCTISSIMAE TRINITATIS









## SS CORPORIS ET SANGUINIS CHRISTI

*Ex 16, 12.15 ℣. Io 6, 32*






## SACRATISSIMI CORDIS IESU

*Io 15, 9-10*






## D.N. IESU CHRISTI UNIVERSORUM REGIS

*cf. Apc 14, 14; 19, 26 ℣. Hab 2, 3*



## TEMPORE PER ANNUM

### I

℣. 2 *Mac* 1, 24




### II

*Ps* 137, 1-2







### III

*Is* 62, 6 ℣. *cf. Is* 66, 19






## IV

*Rom 6, 9-10*









## V

*cf. Io 10, 11 ℣. 1 Cor 5, 7*



## VI

*Apc 5, 5-12*




## VII

*1 Cor 5, 7-8 ℣. Rom 4, 25*




## VIII

*Apc 5, 9-10*






## IN DEDICATIONE ECCLESIAE

*cf. Is* 2, 2-3









## IN PRAESENTATIONE DOMINI

*Lc* 2, 22-24



vul- vam sanctum Dó- mi- no vo-cá- bi- tur. ℣. Ob-

tu-lé- runt pro e- o Dómi- no par túrturum aut

du- os pullos co- lumbá- rum. * Sic-ut.

Die 19 martii

## S. IOSEPH, SPONSI B. MARIAE VIRGINIS

*Mt 24, 45. 47 ℣. Prv 27, 18*

℟. IV

FI-dé- lis ser- vus * et pru- dens quem constí-

tu- it Dómi-nus super famí- li- am

su- am, *Amen di- co vobis quóni- am super óm-

ni- a bona su- a constí- tu- et e-



um. T. P. Alle- lú- ia. ℣. Qui custos est

Dó-mi-ni su- i, glo- ri-fi- cá- tur. * Amen.

Die 25 martii

## IN ANNUNTIATIONE DOMINI

*Lc 1, 26-27. 30. 32*

℟. VII

MIssus est * Gábri- el án- ge- lus ad Ma-rí- am

Vír-gi- nem desponsá- tam Io- seph, núnti- ans

e- i verbum; et expa- véscit Virgo de lú- mi-

ne. « Ne tí- me- as, Ma- rí- a, invenísti grá-

ti- am apud Dó- mi- num; * Ecce concí- pi- es et




Die 24 iunii

## IN NATIVITATE S. IOANNIS BAPTISTAE

*cf. Mt 11, 11.9*









Die 29 iunii

## SS. PETRI ET PAULI, APOSTOLORUM

*cf. Mt 16, 19*






Die 11 iulii

## S. BENEDICTI, ABBATIS









Die 15 augusti

## IN ASSUMPTIONE B. MARIAE VIRGINIS

*Post priorem lectionem:* *Ps 44, 3.9-10*



*Post alteram lectionem:* ℣. *Ct 3, 6*






Die 14 septembris

## IN EXALTATIONE S. CRUCIS



Die I novembris

## IN SOLLEMNITATE OMNIUM SANCTORUM

Is 6, 1-2




Die 8 decembris

## IN CONCEPTIONE IMMACULATA B.M.V.

Sap 7, 25-26.29









## OFFICIUM DEFUNCTORUM

*Post priorem lectionem:*

Iob 19, 25-27






*Post alteram lectionem:*




# HYMNUS TE DEUM

*Diebus dominicis extra Quadragesimam, infra octavas Nativitatis et Paschae, atque in sollemnitatibus et festis, post alteram lectionem et responsorium suum, cantatur sequens hymnus.*
*¶ Ultima pars hymni ad libitum omitti potest.*

Tonus antiquus




dá-bi-lis núme-rus, te mártyrum candidá-tus laudat exér-
ci- tus. Te per orbem terrárum sancta confi-té-tur Ecclé-
si- a, Pa-trem imménsæ maiestá- tis; vene-rándum tu-
um verum et únicum Fí-li- um; Sanctum quoque Pa-
rácli-tum Spí-ri- tum. Tu rex gló- ri- æ, Chri-ste. Tu Pa-
tris sempi-térnus es Fí-li- us. Tu, ad libe-rándum suscep-
tú-rus hómi-nem, non horru- ísti Vír-gi-nis ú-te-rum. Tu, de-
vícto mortis acú-le- o, ape-ru- ísti credéntibus regna
cæ-ló- rum. Tu ad déxteram De- i sedes, in gló- ri- a




Pa-tris. Iudex créde-ris esse ventú- rus. Te ergo quǽ-
sumus, tu- is fámu-lis súbve-ni, quos pre-ti- ó-so sángui-ne
redemí- sti. Ætérna fac cum sanctis tu- is in glóri- a
nume-rá- ri. ¶ Salvum fac pópu-lum tu-um, Dómi-ne, et
bénedic he-re-di-tá-ti tu- æ. Et re-ge e- os, et ex-
tólle illos usque in æ-tér-num. Per síngulos di- es be-
ne-dí cimus te; et laudámus nomen tu-um in sǽcu-lum,
et in sǽcu-lum sǽcu-li. Dignáre, Dómine, di- e isto
sine peccáto nos custodí- re. Mi-se-ré-re nostri, Dómi-ne,




Tonus recentior









Vírgi-nis úte-rum. Tu, devícto mortis acúle- o, ape-ru- í-
sti credéntibus regna cæló-rum. Tu ad déxteram De- i se-
des, in glóri- a Pa-tris. Iudex crédeе-ris esse ventú-rus.
Te ergo quǽsumus, tu- is fámu-lis súbveni, quos pre-ti- ó-so
sánguine redemí-sti. Ætérna fac cum sanctis tu- is in
glóri- a nume-rá- ri. ¶ Salvum fac pópu-lum tu-um, Dómi-
ne, et bénedic he-re-di-tá-ti tu- æ. Et re-ge e- os
et extólle illos usque in ætér-num. Per síngulos di- es
bene-dí-cimus te ; et laudámus nomen tu-um in sǽculum




et in sǽcu-lum sǽcu-li. Dignáre, Dómine, di- e isto
sine peccáto nos custodí-re. Mi-se-ré-re nostri, Dómine,
mi-se-ré-re nostri. Fi- at mi-se-ricórdi- a tu-a, Dómine, su-
per nos, quemádmodum spe-rá-vimus in te. In te, Dó-mi-
ne, spe-rá- vi : non confúndar in æ-tér- um.

# PROPRIUM MONASTICUM O.S.B.

C.S.: Officia propria Congregationis solesmensis.
C.S.G.: Item pro monasteriis in Gallia.

# HYMNUS TE DECET LAUS

*Ad Vigilias, post Evangelium, cantatur hymnus sequens:*

H.II



TE decet laus, * te decet hymnus, ti-bi gló-ri- a



De- o Patri et Fí-li- o, cum Sancto Spí-ri-tu, in sǽcu-



la sæcu-ló- rum. A- men.

**Tempore paschali**

H.I transp.



TE decet laus, * te decet hymnus ti-bi gló-ri- a



De- o Patri et Fí-li- o, cum Sancto Spí-ri-tu, in sǽcu-la



sæcu-ló- rum. A- men.

# COMMUNE SANCTORUM MONACHORUM & MONIALIUM

## AD INVITATORIUM

℟. Mirábilem in sanctis suis Dóminum, *p. 311.*

## AD VIGILIAS

H.VIII



IEsu, coró-na cǽ-li-tum, Ma- rí- a, cæli gáudi- um,



De- o fru-éntes ánge-li, audí-te vo-ta súpplicum. 2. Vos,



Patri- archá- rum cho-ri, va- túmque turmæ nóbi-les, vos,



príncipes A-pósto-li, vos, purpurá-ti márty-res, 3. Vos,



iuncta confes- só- ribus a- mœ́na castra vírginum, ana-




## AD LAUDES MATUTINAS








## AD VESPERAS









### Die 2 ianuarii

# SS. BASILII MAGNI & GREGORII NAZIANZENI
## EPISCOPORUM ET ECCLESIAE DOCTORUM

*Memoria*

*De Communi pastorum, p. 289, vel doctorum Ecclesiae, p. 301, praeter hymnum sequentem:*

## AD LAUDES MATUTINAS ET AD VESPERAS

H.VIII



Q Uos De- i vi-vax pé-ni-tus revínxit cá- ri-tas



o- lim tenu- ítque amí-cos, u-na vos in-gens simul,



o be- á-ti, glό-ri- a cingit.

Magna te compsit píetas, Basíli,
mira qui scriptis docuísti et ore,
celsa qui prudens mónachis magíster
iussa dedísti.

Tuque, replétus Dómino, Gregóri,
atque doctrína rútilans et arte,
dógmatum lumen speculátus, acri
mente canébas.

Præsules mites paritérque fortes,
nunc Dei plebes date caritátis
pérsequi fidas iter, atque lucis
édere fructus.

Sint Patri, Nato parilíque Sancto
Flámini laudes, honor atque cultus,
vívitis quorum mérita fruéntes
pace per ævum. Amen.

Die 3 ianuarii

S. GENOVEFÆ, VIRGINIS C.S.G.

*De Communi virginum, p. 305, vel sanctarum mulierum, p. 318.*



Die 10 ianuarii

S. GREGORII NYSSENI, EPISCOPI

*De Communi pastorum, p. 289.*

Die 14 ianuarii

## S. REMIGII, EPISCOPI C.S.G.

*De Communi pastorum, p. 289, praeter hymnum sequentem:*

## AD VIGILIAS ET AD VESPERAS

H.IV



I N-sí-gne Francórum iubar qui Clodovǽ- um prín-



cipem tu- is pi- á- sti fónti-bus, te nunc, Remí- gi,



pángi-mus.

Gens Franca mortáles deos,
te prædicánte, réspuit:
monstránte te cæli viam,
uni Deo se cónsecrat.

Natális augústo die
quo Christus astris pródiit,
infers, nova victória,
castris Dei tot mílites.

Altíssimo per te Deo
grates perénnes sólvimus,
qui nos tuis labóribus
verbísque collústrat fide.

Uni sit et trino Deo
supréma laus, summum decus,
de nocte qui nos ad suæ
lumen vocávit glóriæ. Amen.

Die 15 ianuarii

# SS. MAURI & PLACIDI
## DISCIPULORUM S.P. BENEDICTI

*Memoria*

*De Communi sanctorum monachorum, p. 537.*

## AD VIGILIAS

H.IV



Q UI te, posthábi-tis ómnibus, ámbi- unt, horum



præ-sí-di- um, dux, De-us, óptime, quas laudes Pláci-di,



fratris et íncli- ti Mauri pángimus, áccipe.

Hic gentilítiis maior honóribus,
spretis lætus adit claustra palátiis,
calcat delícias, prædia, púrpuram,
ut Christi súbeat iugum.

Sancti propósitam Patris imáginem
gestis compáribus sédulus éxprimit;
spectándis púeri lucet in áctibus
vitæ norma monásticæ.

Dum iussis pátriis éxcitus ádvolat,
siccis en pédibus cónterit æquora,
edúcit Plácidum gúrgite sóspitem,
Petro par et inámbulat.

Cantus lætítiæ sint tibi, Trínitas,
quæ vultus sátias lúmine cælites;
nos horum tríbuas trámite Régulæ
fratrum præmia cónsequi. Amen.



*Pro Congregatione solesmensi:*

H.IV



P U-éllus Plácidus, quem pater óbtu- lit, illibá-ta



De- o sísti-tur hósti- a, et ti-ro-cí-ni- i iam decus ín-



cli- tum exémplar da-tur æmu-lis.

Abbáti dócilis, fíctile vásculum
immíttens in aquas párvulus ámphoram
incáutus séquitur líttora déserit,
demérsus fere flúctibus.

Quo, sic Maure, lacus dum teris æquora,
gressus accéleras? O vir obœdiens,
insuétum per iter vox te pii patris
ad magnália dírigit.

Raptum restítuit mox Plácidum lacus;
sed cuius méritis? Maurus an ábstulit
Nursinúsve pater gúrgitis e sinu?
solvit quæsita párvulus.

Laudum iugis honor sit tibi Trínitas,
quæ vultus sátias lúmine cælites;
da sanctæ fámulis trámite régulæ
horum præmia cónsequi. Amen.

## AD LAUDES MATUTINAS

H.I



M Aure, te fratres célebrant ovántes régu-la quot-



quot Bene-dícti agúntur, cuius es factus mé-ri-to de-có-



re pri- mus a-lúmnus.

Pulchra florébat tibi cum iuvénta,
hunc Patrem prudens docilísque adísti,
atque virtútum, grádiens valénter,
summa petébas.

Tu fide pura stabilíque fultus
sic obœdísti, Deus ut per undas
te levem ferret, spécimen datúrus
nóbile sæclis.

Teque colláudant mónachi per orbem
grátiæ florem, Plácide, ac pudóris,
o comes dulcis Patriárchae et heres
æmule morum.

Roma vos caros veneránda mater
ásseclas tanto tríbuit magistro,
qui foret gentes paritúrus ipsi
Christi ad amórem.

Glóriæ laudes moduléntur omnes
ore concórdi Tríadi supérnæ,
vívitis cuius gémini perénni
luce beáti. Amen.

## AD VESPERAS

H.VIII



VOS ore, fratres cǽ-li-tes, vos mente læti dí-cimus,





quos prima sancti- tú-di-nis Pa-ter profú-dit gérmina.

Te mira cingit pérpetis
coróna, Maure, glóriæ,
qui forma nobis ínclita
fulges obœdiéntiæ.

Triúmphat inter ángelos
tecum sodális cándidus,
qui stirpis amplæ púrpuris
abíecta Christi prætulit.

Simul magístro tráditos,
simul revéxit ǽquore
divína vos poténtia,
honóre clarans único.

Pari corúscos lúmine
vos, o beáti, póscimus,
ut nos pio solácio
iuvétis et custódia.

Sic vestra corde sédulo
servémus hic vestígia,
commúne cælo rédditi
ut consequámur gáudium.

Patri per ævum cántica
Natóque sint et Flámini,
qui serta nostro gémmea
vos contulérunt Ordini. Amen.

### Die 17 ianuarii
### S. ANTONII, ABBATIS
*Memoria*

*De Communi sanctorum monachorum, p. 537.*

### Die 26 ianuarii
### SS. ROBERTI, ALBERICI & STEPHANI
ABBATUM CISTERCIENSIUM

*De Communi sanctorum monachorum, p. 537.*

### Die 27 ianuarii
### SS. TIMOTHEI & TITI, EPISCOPORUM

*De communi pastorum, p. 289.*

### Die 30 ianuarii
### S. BATHILDIS, MONIALIS

C.S.G.

*De Communi sanctarum monialium, p. 537.*

Die 10 februarii

# S. SCHOLASTICÆ, VIRGINIS

*Festum*

*De Communi virginum, p. 305, praeter sequentia :*

## AD VIGILIAS








## AD LAUDES MATUTINAS









## AD VESPERAS




Quæ cadúca mundus offert
docta quondam spérnere,
dogma fratris insecúta
eius atque régulæ,
ex odóre gratiárum
astra nosti quærere.

Alta verba fratris optans
de perénni pátria,
tu fluéntis lacrimárum
cogis imbres cúrrere,
facta vi dilectiónis
iure tunc poténtior.

Luce fulges expetíta
in polórum vértice,
clara flammis caritátis
cum nitóre grátiæ;
iuncta Sponso conquiéscis
in decóre glóriæ.

Nunc, benígna, pelle nubes
córdibus fidélium,
ut seréna fronte splendens
Sol perénnis lúminis,
sempitérnæ claritátis
nos inúndet gáudiis.

Glóriam Patri canámus
unicóque Fílio,
par tribútum proferámus
ínclito Paráclito,
nútibus quorum creántur
et regúntur sǽcula. Amen.

### Die II februarii

### S. BENEDICTI ANIANENSIS, ABBATIS

*De Communi sanctorum monachorum, p. 537.*
*Pro Congregatione Solesmensi, vide infra, p. 555.*

### Eodem die II februarii

## B. MARIÆ VIRGINIS DE LOURDES C.S.G.

*De Communi Beatae Mariae Virginis, p. 253, praeter sequentia:*

### AD INVITATORIUM

℟. Immaculátam Conceptiónem, *p. 476.*

### AD VIGILIAS






Sontes Adámi pósteri
inҫecta proles gígnimur,
labis patérnæ néscia
tu sola, Virgo, créderis.

Caput dracónis ínvidi
tu cónteris vestígio,
et sola glóriam refers
intaminátae oríginis.

O gentis humánæ decus
quæ tollis Hev*ae* oppróbrium,
tu nos tuére súpplices,
tu nos labántes érige.

Serpéntis antíqui potens
astus retúnde et ímpetus,
ut cǽlitum perénnibus
per te fruámur gáudiis.

Deo Patri sit glória
eiúsque soli Fílio
cum Spíritu Paráclito
et nunc et in perpétuum. Amen.

### AD LAUDES MATUTINAS




Torrens nefástis flúctibus
cunctos trahens vorágine,
leni resídit æquore
cum transit arca fœderis.

Dum torret aréscens humus,
tu rore sola spárgeris;
tellúre circum rórida,
intácta sola pérmanes.

Fatále virus évomens
attóllit anguis vérticem;
at tu dracónis túrgidum
invícta cónteris caput.

Mater benígna, réspice
fletus precésque súpplicum,
et dimicántes, tártari
victrix, tuére ab hóstibus.

Deo Patri sit glória
eiúsque soli Fílio
cum Spíritu Paráclito
et nunc et in perpétuum. Amen.

## AD VESPERAS

H.IV




Ipsa se præbens húmili puéllæ
Virgo spectándam, récreat pavéntem,
seque concéptam sine labe, sancto
prǽdicat ore.

O specus felix, decoráte divæ
Matris aspéctu! veneránda rupes,
unde vitáles scatuére pleno
gúrgite lymphæ!

Huc catervátim pia turba nostris,
huc ab extérnis peregrína terris
áffluit supplex, et opem poténtis
Vírginis orat.

Excipit Mater lácrymas precántum,
donat optátam míseris salútem;
compos hinc voti pátrias ad oras
turba revértit.

Súpplicum, Virgo, miseráta casus
semper o nostros réfove labóres,
ímpetrans mæstis bona sempitérnæ
gáudia vitæ.

Glória Patri, genitǽque Proli,
et tibi compar utriúsque semper,
Spíritus alme, Deus unus, omni
témpore sæcli. Amen.



### Die 12 februarii

## S. BENEDICTI ANIANENSIS, ABBATIS C.S.

*De Communi sanctorum monachorum, p. 537.*

## AD VIGILIAS

H.I




Festa quæ sanctis cólimus tropǽis,
nomen beáti sonant Benedícti,
cuius optándis méritis, creátor,
illa dicásti.

Qui patrum normas imitándo sacras
victor in duro válidus duéllo,
hostis atrócis rábiem subégit
bélliger audax.

Sit salus illi, decus atque virtus,
qui supra cæli résidens cacúmen
totíus mundi máchinam gubérnat,
trinus et unus. Amen.

### Die 18 februarii

## S. MARIÆ-BERNARDÆ SOUBIROUS, VIRGINIS C.S.G.

*De Communi sanctarum mulierum, pro religiosis, p. 324.*

Die 21 martii

# TRANSITUS S. PATRIS BENEDICTI
## ABBATIS

*Festum*

### AD INVITATORIUM




### AD VIGILIAS








## AD LAUDES MATUTINAS

*Hymnus* Inter ætérnas, *p. 396.*

## AD VESPERAS

H.I



F Rátres, a·lácri péctore ve·ní·te, concéntu pa·ri



fru· ámur hu·ius ínclí·tæ festi·vi·tá·tis gáudi· is.

Hac Benedíctus, áureis,
osténsor arcti trámitis,
captis labórum præmiis,
honóre gaudet débito.

Effúlsit ut sidus novum
mundána pellens núbila;
ætátis ipso límine
despéxit ævi flórida.

Miraculórum præpotens,
afflátus Alti flámine,
resplénduit prodígiis
ventúra sæclo præcinens.

Hæc inter, et perlúcidis
verbis docéndo cláruit,
nam pinxit apte líneam
vitæ sacræ sequácibus.

Sit Trinitáti glória,
cuius replétus grátia
hic sanctitátis plúrimis
cælos adáuget flóribus. Amen.

Die 21 aprilis

# S. ANSELMI
## EPISCOPI ET ECCLESIAE DOCTORIS

*Memoria*

*De Communi pastorum, p. 289, vel doctorum Ecclesiae, p. 301.*



## AD VIGILIAS

H.VIII



F Or·tis en præ·sul, mónachus fi·dé·lis, láu·re· a doc·



tor redimí·tus astat; festus Anselmo chorus æmulé· tur



dí·cere carmen.

Ante matúros sápiens hic annos
sæculi florem pereúntis horret;
claustra, Lanfránci documénta quærens,
strénuus intrat.

Intimum pulsans penetrále Verbi
fertur immótæ fídei volátu;
dógmatum puros látices an ullus
áltius hausit?

Sacra libértas óvibus redémptis
parta, cui Christus nihil antepónit,
urget Ansélmum; stúdio tenáci
víndicat ipsam.

Ipse sit nostri memor ad supérnam
semper et sollers Tríadem patrónus,
cuncta quam toto venerántur orbe
laude perénni. Amen.

## AD VESPERAS

H.VIII



L Æ·tus hic noster, vene·ránde doctor, laude te



cœ-tus canit atque vo-tis, iu-re quem nostrum decus ad-



vocámus, sancte sodá- lis.

Munus abbátis, pater alme, sumens,
te voves caræ súboli, benígnis
débiles portas úmeris, alácres
præ̆vius hortans.

Præ̆sulum defert tibi rex cathédram;
quid times luctam? próperant triúmphi;
ẽxteras gentes, generósus exsul,
lúmine reples.

Clara fit Romæ tua fama, pastor;
póntifex summus tibi fert honóres;
te fides poscit, siluére patres:
dogma tuére!

Sis memor sancti gregis, et patrónus
sis ad ætérnam Tríadem, precámur,
cuncta cui dignas résonant per orbem
sæ̆cula laudes. Amen.

Die 23 aprilis

S. ADALBERTI, EPISCOPI & MARTYRIS

*De Communi pastorum, p. 289, vel unius martyris, p. 280.*

Eodem die 23 aprilis

S. GEORGII, MARTYRIS

*De Communi unius martyris, p. 280.*

Die 26 aprilis

## S. PASCHASII RADBERTI, ABBATIS C.S.G.

*De Communi sanctorum monachorum, p. 537, praeter hymnum sequentem:*



### AD VIGILIAS

H.VIII



P Aschá-si, confessor De- i valens vigó-re spí-ri-tus



córpo-ris Christi vé-ri-tas in tu- is scriptis refúlget.

Qui pace Christi áffluens
in unitáte Spíritus,
divísa membra Ecclésiæ
pacis refórmas únicæ.

Per te quies est témporum
vitæ datur solácium;
pacis redúndat cómmodum
sedátur omne scándalum.

Ut caritáte Spíritus
sic affluámus ínvicem,
quo corde cum suspíriis
Christum sequámur íntimis.

Deo Patri sit glória
eiúsque soli Fílio,
cum Spíritu Paráclito
et nunc et in perpétuum.
Amen.

Die 11 maii

## SS. ODONIS, MAIOLI, ODILONIS HUGONIS & B. PETRI VENERABILIS
### ABBATUM CLUNIACENSIUM

*Memoria*

### AD INVITATORIUM

℟. Exsúltent in Dómino sancti, *p. 274.*

### AD VIGILIAS

H.IV



R EX glo-ri- ó- se præsulum, coróna confi- ténti-



um, qui respu- én- tes térre- a perdúcis ad cæ-lésti- a:




*Vel pro Congregatione solesmensi:*









Prǽsuli magno Túronum vovéris;
te sacerdótum rádians adóptat
gemma Martínus, nítidis cliéntem
dótibus ornat.

Sǽculo nondum licet expedítus
iamque Nursínæ studet Odo legi,
et iugum præfert monachále, Christo
sub duce currens.

Claustra dum mores pénetrant profáni,
régulæ vinclis sápiens magíster
sub sacra lege rétinens rebélles,
frenat habénis.

Cóngregat fratres régimen sub unum,
fit pater magnam súbolem gubérnans,
et greges tendunt ad ovíle multi
Cluniacénse.

Te Deus mundi moderátor alme,
cóncinant iúncti mónachis fidéles:
voce sollémni Tríadi resúltent
cántica laudis. Amen.

## AD LAUDES MATUTINAS





cóngre-gat.

Quos patris immortália
dent iussa fructus úberes,
per vos patet claríssimis
gestis, loquélis, móribus.

Hortus venústus flóribus·
agérque læte frúgifer,
virtútibus Cluníacus
per vos amœnus splénduit.

Pii, sagáces, próvidi,
prodésse avéntes frátribus
quot comparástis íncolas
cæli beatitúdinis!

Adéste nobis, régulæ,
quam vos amástis, ásseclis,
ut hanc tenéntes séduli
Christum sequámur príncipem.

In pátria cum gáudio
vestræ cohórtis párticeps,
et nostra turma cóncinat
in Trinitátis glóriam. Amen.

*Vel pro Congregatione solesmensi:*

H.IV



M A-io- le, consors próce-rum regum regi placén-



ti- um, inter cæléstes áuli-cos di-vi-ni-tá- tis cónsci- os.

Honóris privilégio,
cœtu iunctus monástico;
sed et choris angélicis
frúeris aula lúminis.

Unde, pater, nos réspice
pressos peccáti póndere:
depóne gravem sárcinam,
léviga consciéntiam.

His fáscibus depósitis,
mortis solútos vínculis,
iunge nos tuos sérvulos
mónachis præstantíssimis.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar, Unice,
cum Spíritu Paráclito
regnans per omne sæculum.
Amen.



## AD VESPERAS

*Hymnus* Quæ tanta, patres, *ut supra,* *p. 563,* *vel:*

H.IV



I Ucún-da patrum rédi- it festí-vi-tas illústri- um



confessi- ó- ne córdi- um, qui respu- é- runt sæcu-lum.

Quorum coléntes ánnuam
sollemnitátem cándidam
ipso precámur húmiles
ut nostras mundent máculas.

Oratióne sédula,
votísque nostris súbditis,
det nobis indulgéntiam
eórum intercéssio.

Sit, Christe, rex piíssime,
tibi, Patríque, glória,
cum Spíritu Paráclito,
et nunc et in perpétuum. Amen.

*Vel pro Congregatione solesmensi:*

H.I



H Ugo pi- us pater, cla-rus pro-sá-pi- a, exstat præ-



clá-ri- or virtú-tum grá-ti- a; contémnit sæcu-lum et eius



gáudi- a, cognóscens ómni- a ci- to labénti- a.

Divíno póstmodum afflátus Spíritu,
mutáto péctore, mutátur hábitu;
intra domínica manet ovília,
Christi cum óvibus ovis egrégia.

Pastóris nútibus obédit sédula,
nil horum præterit quæ iubet Régula:
forti conámine calcat supérbiam,
in sapiéntia vincens malítiam.

Tulit iustítiæ sanctam esúriem,
beátam séquitur Christi paupériem,
procéssu témporis crescens virtútibus,
ipsis appáruit mirándus sénibus.

Mundo iam mórtuus, Christo se vívere
sancto mortálibus demónstrat ópere;
hinc pastor móritur, ovis præfícitur;
pastóris strénue vices exséquitur.

Hic venerábile Cluniacénsium
plus priscis pátribus ditat cœnóbium;
illíus stúdio crevit relígio
crevit et númerus fratrum collégio.

Cunctórum dóminans Omnipoténtia,
tu qui sede poli cónspicis ómnia:
Hugónis fíliis profer auxílium,
et aurem præbeas votis precántium. Amen.

### Die 15 maii

### S. PACOMII, ABBATIS

*Memoria*

*De Communi sanctorum monachorum, p. 537.*

### Die 19 maii

### S. CÆLESTINI, PAPÆ & EREMITÆ

*De Communi pastorum, p. 289.*

### Eodem die 19 maii

### S. YVONIS, PRESBYTERI C.S.G.

*De Communi pastorum, p. 289, vel sanctorum virorum, p. 311.*



### Die 25 maii

## S. GREGORI VII, PAPÆ

*De Communi pastorum, p. 289, praeter sequentia:*

### AD LAUDES MATUTINAS ET AD VESPERAS




Tríticum cernens lóliis scatére
præsul et messem mánibus profánis
óbici, zelo rapiénte, sævis
alter Elías

Ut viam currant pátriæ supérnæ
líbero gressu pópuli fidéles,
ánteis pastor, própriam parátus
trádere vitam.

Israel murus dómui stetísti,
críminum vindex columénque Romæ;
inter ærúmnas plácida, Gregóri,
morte beáris.

Sis memor sancti gregis et patrónus
sis ad ætérnam Tríadem, precámur,
cuncta cui dignas résonent per orbem
sæcula laudes. Amen.

Die 27 maii

## S. AUGUSTINI CANTUARIENSIS, EPISCOPI

*De Communi pastorum, p. 289, praeter hymnum sequentem:*

### AD VIGILIAS ET AD VESPERAS

H.IV



FE-cún-da sanctis ínsula, tu-um canas apóstolum,



et fí-li-um Gre-gó-ri-i laudes pi-is concénti-bus.

Eius labóre fértilis,
messem dedísti plúrimam,
quæ sanctitátis flóribus
diu refúlges ínclita.

Turma quadragenária
stipátus intrat Angliam,
vexílla Christi próferens,
dux pacis affert pígnora.

Crucis tropǽum prómicat,
verbum salútis spárgitur,
fidem quin ipse bárbarus
rex corde prompto súscipit.

Pastor fidéles próvidus
e sede pascat síderum;
in matris ulnas ánxiæ
omnes redúcat dévios.

Præstet beáta Trínitas,
quæ rore iugi grátiæ
vitem rigat, ut vívida
fides ubíque flóreat. Amen.



Die 30 maii

## S. IOANNAE ARCENSIS, VIRGINIS

C.S.G.

*Memoria*

*De Communi virginum, p. 305, praeter sequentia ad libitum:*

### AD VIGILIAS ET AD VESPERAS

H.I



STat cultrix ví-gi-lans páupe-ris hórtu-li, annó-rum



tréde-cim pár-vu-la, nil sci-ens, primas docta preces, præ



só-ci-is pi-a, simplex, mi-tis et ínnocens. 2. Orántem



Mícha-el ánge-lus édocet, quam claræ pá-ri-li lú-mi-



ne vírgines virtútum mé-ri-tis conspí-cu-æ simul cre-



bris allóqui-is fovent. 3. Dum vo-ces súpe-ras éxci-pit,






## AD LAUDES MATUTINAS

H.VIII




Voces supérnas áudiens
Iesu repléta lúmine,
dum fata pandis pátriæ,
silent pavéntque iúdices.

Opprèssa flammis, clámitas
Iesum, crucémque fórtiter
ampléxa, ad ipsum símplicis
instar colúmbæ, pérvolas.

Sit laus Patri, sit Fílio,
Sancto decus Paráclito,
qui corda amóre sáuciat
vires et auget lánguidis. Amen.

Die 2 iunii

## SS. POTHINI, EPISCOPI, BLANDINÆ, VIRGINIS & SOCIORUM, MARTYRUM C.S.G.

*De Communi plurimorum martyrum, p. 273, praeter sequentia ad libitum:*

## AD VIGILIAS

H.IV



Ardóre pœnárum flagrans,
raptátur ad prætórium:
hunc ímpetunt clamóribus
cum plebe sævi príncipes.

Tunc Christus ore præsulis
effáta promit líbera:
succénditur verbis furor,
senátus indígnans fremit.

Raptant, prehéndunt, vérberant,
pugnis premunt et cálcibus:
conclúsus atro cárcere
exhálat astris spíritum.

Sit laus Patri, laus Fílio,
sit par tibi laus, Spíritus,
quo dante, certátrix cohors
torquéntibus fit fórtior. Amen.

## AD LAUDES MATUTINAS




Imménsa scindunt vérbera;
mordent furéntes bélluæ;
ignita sedes ústulat,
detrúncat audax áscia;

O mártyres! O víctimæ!
His Attalus coniúngitur:
refert corónas Pónticus,
palmásque victríces metit.

Nos, o iuváte súpplices,
quos, dente discíssos fero,
torménta post et bárbara
cælo secúris áddidit.

Sit laus Patri, laus Fílio,
sit par tibi laus, Spíritus,
quo dante, certátrix cohors
torquéntibus fit fórtior. Amen.



## AD VESPERAS




Duro ligáta stípiti,
disténta per crucis modum,
et devoránda cóncitis
parátur esca béstiis.

Sed nulla vel contíngere
corpus sat audax béllua:
recédit impásta fame,
ipsis tyránnis mítior.

Sic per feróros ímpetus,
per cárceres, per vérbera,
per flámmeas sartágines,
ovans ad astra cónvolat.

Sit laus Patri, laus Fílio,
sit par tibi laus, Spíritus,
quo dante, certátrix cohors
torquéntibus fit fórtior. Amen.

Die 4 iunii

## S. CLOTILDIS, REGINÆ C.S.G.

*De Communi sanctarum mulierum, p. 318, praeter sequentia ad libitum:*

## AD VIGILIAS






Florem mane rapit turbo recéntem,
sic præceps rápuit mors tibi natum:
vitæ lotus aquis, in melióri
exsúltat pátria; plaudis ovánti.

At, regína, tibi náscitur alter;
rex sacro súbolem fonte renásci
invítus pátitur: mox, pia coniux,
exclúdis pátrio corde timórem.

Nunc, ancílla Dei, perge, Clotíldis,
ex te progénies en nova surgit:
rex, gens Franca Deum, te genetríce,
te præbénte manum, quærere discent.

Sanctæ Trinitáti laudis honóres,
per quam Francígenis fémina prudens
Christi colla iugo fléctere suávi,
cælestémque viam cúrrere monstrat. Amen.

## AD LAUDES MATUTINAS






«Non idóla mihi, Christe Clotíldis,
præstant auxílium, iamque recéssit
virtus Franciadum: víncere dones,
ex tunc nostra tibi nosque vovémus.»

Sic princeps, óculis sídera versus
eréctis, lóquitur. Nec mora, dexter
exsúrgit Dóminus, díssipat hostes;
cedunt præcípites, ágmine rupto.

Præsul Remígius iam Clodovæo
vitæ perpétuæ mýstica pandit;
rex commíssa luit fonte perénni,
et gens tota sacris tíngitur undis.

Sanctæ Trinitáti laudis honóres,
per quam Francígenis fémina prudens
Christi colla iugo fléctere suávi,
cælestémque viam cúrrere monstrat. Amen.

## AD VESPERAS




Incúmbens précibus, nec tibi parcens,
indúlges áliis, nutris egénos,
Christi membra foves; pródita factis,
dum regína lates, nota corúscas.

Felíces nímium, si tua nati
prudénter sáperent verba salútis!
O regum génetrix, ipsa nepótum
urget cura tuum pectus amóre.

Nunc e sede poli réspice gentem;
te matrem fídei grata salútat;
præsens, alma, tuis cælitus esto;
propéllas pátria lóngius hostes.

Sanctæ Trinitáti laudis honóres,
per quam Francígenis fémina prudens
Christi colla iugo fléctere suávi,
cælestémque viam cúrrere monstrat. Amen.

Die 5 iunii

## S. BONIFATII, EPISCOPI & MARTYRIS

*Memoria*

*De Communi unius martyris, p. 280, vel pastorum, p. 289, praeter sequentia:*

### AD VIGILIAS

*Ad libitum pro Congregatione solesmensi:*








## AD LAUDES MATUTINAS ET AD VESPERAS




Omne curárum genus et labórum
sárcinam portas, ad ovíle Christi
ut de errántes revocáre possis
ócius agnos.

Dum pius sævo Frísio salútis
trámitem pandis, licet enecátus
tu triumphásti próprio decórus
sánguine martyr.

Nulla prostérnat séries malórum,
nulla nos mergat scéleris procélla;
da tuo, martyr, potiámur astris
róbore fulti.

Laus Deo summo sit in ore nostro,
cuius ardénter famulásti honóri,
cuius in cælis simul et canémus
nomen ovántes. Amen.

### Die 19 iunii

### S. ROMUALDI, ABBATIS

*Memoria*

*De Communi sanctorum monachorum, p. 537.*



### Die 9 iulii

# BEATÆ MARIÆ VIRGINIS MATRIS PROVIDENTIÆ

C.S.

*Memoria*

*De Communi B. Mariae Virginis, p. 253, praeter sequentia:*

## AD LAUDES MATUTINAS






## AD VESPERAS

*Hymnus* O quam glorífica, *p. 420.*

Die II iulii

# S. PATRIS BENEDICTI
## ABBATIS

*Sollemnitas*

## AD I ET II VESPERAS

*Hymnus* Fratres, álacri péctore, *p. 558.*

## AD INVITATORIUM

℟. Laudémus Deum nostrum, *p. 556.*

## AD VIGILIAS

H.I










á-tæ: tota mens pa- tris viget hic: patérna iussa se-



quámur. 6. Clá-ri-tas Pa-tri geni-tóque Verbo, Flámi-ni Sanc-



to decus atque cultus, grá-ti- a quo- rum ti-bi tanta



laudis gló-ri- a lu-cet. A-men.

*Vel ad libitum pro Congregatione solesmensi in Gallia:*

H.III



C La-ris coniúbi-la Gálli- a láudibus, læté-ris Bene-



dícti patris óssibus: fe- lix, quæ grémi- o cóndi-ta pró-



pri- o servas membra ce-lébri- a. 2. Mi-ris I-tá-li- a fúlse-



rat áctibus; Gallos irrádi- at córpore mórtu-us; signis ad





túmulum crébri- us émicat, illústrans pátri- am novam.

Iam cælo résidens, o Pater óptime,
divínis fámulos ímbue régulis,
angústum per iter scándere lárgiens,
dona regna perénnia.

Cunctórum dóminans Omnipoténtia,
tu, qui sede poli cónspicis ómnia,
psalléntum plácide súscipe cántica,
votis, voce precántia. Amen.

## AD LAUDES MATUTINAS

*Hymnus* Légifer prudens, *p.* 395.

## AD VESPERAS

H.I



G Emma cælé-stis pre-ti- ó-sa re-gis, norma iustó-rum,



vi- a monachó- rum, nos ab immúndi, Be-ne-dícte, mundi



súb-tra-he cæno. 2. Tu so-lum spernens, cor in astra fi-



gens, co- gis he-ré-des fí- e-ri pa-rén-tes; vas De- o ple-num









**Die 12 iulii**

S. IOANNIS GUALBERTI, ABBATIS

*De Communi sanctorum monachorum, p. 537.*

**Die 26 iulii**

## SS. IOACHIM & ANNÆ
### PARENTUM B. MARIAE V.

*Memoria*

*Omnia sicut in Proprio sanctorum, p. 401, praeter sequentia:*

## AD INVITATORIUM




## AD VIGILIAS




Hæc prolem devotíssime
petens a Patre lúminum,
proméruit digníssime
Maríam decus vírginum.

Ex Ióachim, quem hábuit
vitæ virum exímiæ,
Anna Maríam génuit,
matrem regis iustítiæ.

Stirps Iesse clara déluit
Evæ matris oppróbrium,
dum Anna prolem génuit,
florem sanctórum ómnium.

Glória tibi Dómine,
qui natus es de Vírgine,
cum Patre et Sancto Spíritu
in sempitérna sæcula. Amen.

Die 28 iulii

B. URBANI II, PAPÆ C.S.G.

*De Communi pastorum, p. 289.*



Die 29 iulii

## SS. MARTHÆ, MARIÆ & LAZARI,
HOSPITUM DOMINI

*Memoria*

*De Communi sanctorum virorum, p. 311, praeter sequentia:*

## AD VIGILIAS ET AD VESPERAS

*Hymnus* Inclitos Christi fámulos, *p. 316.*

## AD LAUDES MATUTINAS

*Hymnus* Beáta cæli gáudia, *p. 313.*

Die 13 augusti

S. RADEGUNDIS, REGINÆ & MONIALIS C.S.G.

*De Communi sanctarum monialium, p. 537.*

Die 19 augusti

B. BERNARDI TOLOMEI, ABBATIS

*De Communi sanctorum monachorum, p. 537.*

Die 20 augusti

# S. BERNARDI
## ABBATIS ET ECCLESIAE DOCTORIS

*Memoria*

*De Communi sanctorum monachorum, p. 537, vel doctorum Ecclesiae, p. 301, praeter sequentia:*

## AD VIGILIAS ET AD VESPERAS

*Hymnus* Bernárde gemma cǽlitus, *p. 418.*

## AD LAUDES MATUTINAS









## AD VESPERAS

*Ad libitum pro Congregatione solesmensi:*




Exsúltet cælum láudibus
de Bernárdi consórtio
quem coniúngis cæléstibus,
Iesu nostra redémptio.

Arcána sacræ páginæ
declárat et mystérium
quod effécit in Vírgine
Deus creátor ómnium.

Rore perfúsum grátiæ
monstrat dulcor elóquii,
per te fons sapiéntiæ
summi largítor præmii.

Vita vivit felíciter
cum María Christífera,
cum qua degústat dúlciter
ætérna Christi múnera.

Summæ Deus poténtiæ,
tibi sit laus et glória:
da post cursum misériæ
beáta nobis gáudia. Amen.

Die 25 augusti

## S. LUDOVICI, REGIS C.S.G.

*De Communi sanctorum virorum, p. 311, praeter hymnos sequentes ad libitum:*

### AD VIGILIAS ET AD VESPERAS

H.VIII



G Aude, mater Ecclé-si- a novæ laudis præcóni- o,



quam Ludoví-ci gló-ri- a sollémni replet gáudi- o.

De regno terræ véhitur
ad regni cæli sólium,
cuius vita dignóscitur
forma virtútum ómnium.

Fide purus, spe pátiens
et caritáte férvidus,
Omnipoténti lárgiens,
pius, púdicus, próvidus.

Fraus, furor, violéntia
relegántur a súbditis,
signa corúscant vária
virtútum eius méritis.

Pro coróna iustítiæ
iam coronátus glória,
nostræ memor misériæ
cæli procúret prǽmia.

Trino Deo et símplici
laus, honor, virtus, glória,
qui nos regis mirífici
corónet per suffrágia. Amen.



### AD LAUDES MATUTINAS

H.IV



I U-cundétur Ecclé- si- a dulce prodúcens cánti-



cum de cuius hor-to lí-li- a fructum reddunt mi- rí-ficum.

Fructu vitæ iam véscitur
Ludovícus in glória
cuius vitæ dignóscitur
resplenduísse grátia.

De quiéto regímine
gloriabántur súbditi,
nullo pressi gravámine
tutéla regis íncliti.

Impendébat obséquium
infírmis et debílibus,
non negans benefícium
persónis indigéntibus.

Trino Deo et símplici
laus, honor, virtus, glória
qui nos regis mirífici
corónet per suffrágia. Amen.

Die 26 augusti

## S. CÆSARII ARELATENSIS, EPISCOPI C.S.G.

*De Communi pastorum, p. 289.*

Die 2 septembris

# BB. AMBROSII-AUGUSTINI CHEVREUX RENATI-IULIANI MASSEY & LUDOVICI BARREAU DE LA TOUCHE

## ET SOCIORUM MARTYRUM C.S.G.

*Memoria*

*De Communi plurimorum martyrum, p. 273, praeter hymnum sequentem ad libitum:*

### AD VIGILIAS

H.IV



F Or-tes cadéndo márty-res, quos empta fu-so sán-



guine cæ-léstis ornat púrpura, iunctis ca-ná-mus vócibus.

Acti procéllis ómnibus,
sui cruóris flúmine
vehúntur, et Christo duce
portus beátos óccupant.

Implére vos omnes decet
passo Deo quod défuit;
per tot neces læso Patri
fit plena Christus hóstia.

Tibi, Christe, sit glória
quo duce vincunt mártyres,
cum Patre et almo Spíritu
in sempitérna sǽcula. Amen.

Die 3 septembris

# S. GREGORII MAGNI

## PAPAE ET ECCLESIAE DOCTORIS

*Festum*

*De Communi pastorum, p. 289, vel doctorum Ecclesiae, p. 301, praeter sequentia:*



### AD VIGILIAS

H.VIII



D Octor insígnis, veneránde præ-sul, te sacerdó-



tum popu-líque turba corde prostrá- to vi-gi-líque po-



scit cár- mi- ne patrem.

Vota cunctórum rélevans in aula
regis ætérni, fóveas utrúmque
órdinem, cuius pius exstitísti
pastor in Urbe.

Móribus sanctis decoráre vitam
confer, et puram placidámque mentem;
corda virtútum mediténtur arma
múnere Christi.

Impetra nobis, quóties rogáris,
grátiæ, pastor, stúdium supérnæ;
crédimus magnum, Dómino favénte,
te dare munus.

Laus, honor Patri parilíque Proli,
una maiéstas, eádem potéstas,
cum quibus Sanctus simul implet omnem
Spíritus orbem. Amen.

### AD LAUDES MATUTINAS

*Hymnus* Anglórum iam apóstolus, *p. 427.*

## AD VESPERAS




Mella cor obdulcántia
tua distíllant lábia;
fragrántum vim arómatum
tuum vincit elóquium.

Scriptúræ sacræ mýstica
mire solvis ænígmata,
excelsáque mystéria
te docet ipsa Véritas.

Tu nactus apostólicam
vitam simul et glóriam,
nos solve culpæ néxibus,
redde polórum sédibus.

O póntifex egrégie,
lux et decus Ecclésiæ,
non sinas in perículis
quos tot mandátis ínstruis.

Sit Patri laus ingénito,
sit decus Unigénito,
sit utriúsque párili
maiéstas summa Flámini. Amen.

### Die 17 septembris

### S. HILDEGARDIS, VIRGINIS

*De Communi sanctarum monialium, p. 537.*

### Die 7 novembris

### S. WILLIBRORDI, EPISCOPI

*De Communi pastorum, p. 289.*



### Die 11 novembris

# S. MARTINI EPISCOPI

C.S.

*Festum*

*Omnia ut supra in Proprio sanctorum, p. 465, praeter hymnum sequentem, qui pro opportunitate adhiberi potest:*

## AD VIGILIAS




Qui das per orbis cárdines,
quod gemma fulget præsulum,
da, quos premunt culpæ graves,
solvat per ingens méritum.

En pauper hic et módicus,
cælum dives ingréditur;
cæli cohórtes óbviant,
línguæ, tribus, gentes ovant.

Ut vita, fulget tránsitus,
cælis et arvo spléndidus;
gaudére cunctis pium est,
cunctis salus sit hæc dies.

Sit Trinitáti glória,
Martínus ut conféssus est;
cuius fidem per ópera
in nos et ipse róboret. Amen.

### Die 12 novembris

### S. THEODORI STUDITÆ, ABBATIS

*De Communi sanctorum monachorum, p. 537.*

Die 16 novembris

## S. GERTRUDIS, VIRGINIS

*Memoria*

*De Communi virginum, p. 305, vel ad libitum ut infra:*

### AD VIGILIAS




Illíus votis Deus obsecúndans
mox repentínas plúvias profúdit,
moxque suspénsos grávidis coércet
núbibus imbres.

Arva iam dudum glácie rigébant,
corde cum mœsto míserans colónos,
férvidis virgo lácrimis resólvit
frígora brumæ.

Ne seges largo vitiétur imbre,
sédulis cælum précibus serénat,
et graves læsi gemebúnda placat
núminis iras.

Ignéis mentes pénetrat sagíttis,
lánguidis confert ánimis medélam,
atque succéndit sceleráta castis
péctora flammis.

Vírginum sponsum superúmque regem
vírginum sanctæ célebrent choréæ,
et sacram supplex Tríadem per ævum
orbis adóret. Amen.



### AD LAUDES MATUTINAS




Ægra cum languet, maniféstus adstat
cælitum turma comitánte Christus,
atque divíni récreat iacéntem
lúmine vultus.

Surge, conclámat, soror atque sponsa,
en tibi pando penetrále cordis,
ut triumpháli reseráta scandas
sídera curru.

Ista vox omnes pénetrat medúllas
atque compáges ánimi resólvit:
spíritus liber volat in reclúsa
víscera Christi.

Régios Agni thálamos peténtem
iúbilans stipat súperum coróna,
atque compléxus et amíca cantat
óscula Sponsi.

Vírginum sponsum, supérumque regem
vírginum sanctæ célebrent choréæ,
et sacram supplex Tríadem per ævum
orbis adóret. Amen.

## AD VESPERAS

H.VIII 

G Ertrúdis, ipse Spí-ri-tus nos te coléntes áudi- at,



qui te su-am dulcís-sime lyram sonántem cóndi-dit.

Te grátiæ monílibus
sic ille largus índuit,
ut iam dicáta párvula
sis visa Christo amábilis.

Annos agébas ábdita;
Sponso sed hærens, péctore
ex tanto amóris múnera
felix trahébas íntima.

In corde Verbi cómmorans,
exhauriébas mýstica
quæ dulce scriptis áureis
mundo dedísti pábulum.

Adépta miro iúbilo
æternitátis núptias,
da per pudíca et sóbria
nos regna lucis cónsequi.

Dilécti ab ore cónferas
quod corda nostra róboret,
hymnos ut illi pérpetim
tecum canámus glóriæ. Amen.

### Die 19 novembris
### S. MECHTILDIS, VIRGINIS

*De Communi sanctarum monialium, p. 537.*



### Die 22 novembris
## S. CÆCILIÆ, VIRGINIS & MARTYRIS C.S.

*Memoria*

*Hymni ad libitum:*

## AD VIGILIAS

H.VIII 

T Erréna cessent órgana, cor æstu-ans Cæcí- li-



æ cæléste fundit cánticum De-óque to-tum iúbi-lat.

Dum nuptiáli nóbilis
domus resúltat gáudio,
hæc sola tristis cándido
gemit colúmba péctore:

«O Christe mi dulcíssime,
cui me sacrávit cáritas,
serva pudóris íntegram,
avérte labem córpore.»

Ovis leónem sédula
agnum facit mitíssimum;
hic fonte lotus mýstico,
cælo repénte mílitat.

Solvit Tibúrtium soror
erróris a calígine;
factóque fratris ásseclæ
ad astra pandit sémitam.

Te sponse, Iesu, vírginum,
beáta laudent ágmina;
Patríque cum Paráclito
par sit per ævum glória. Amen.

## AD LAUDES MATUTINAS

H.VIII 

N Unc ad co-ró-nas pérgi-te, clamat su- is Cæcí- li-



